DISCURSUS ACADEMICUS, De ROMANO-GERMANICI IMPERATORIS ELECTIONE.

Quem

AMPLISSIMAE IURIDICAE FACULTATIS IN FLORENTISSIMA Argentor. Academia permiſſu,

PRÆSIDE

GEORGIO Lehman STOLPA-POMER. J. U. Licent.

Publicè defendet

ESAIAS GUMPELZHAIMER Ratisbonens.

In ICtorum Lectorio. Menſe Iunio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ARGENTORATI,

Excudebat PAULUS LEDERTZ,

Anno M. DC. XXV.

CIVI ROMANO turpe eſt, jus in quo verſatur, ignorare, arg: illorum quæ ſcripta leguntur apud ICtum Pomponium l. Neceſſarium. §. Servius. 43. ff. de Orig. jur.

DISCURSUS
ACADEMICUS
De
ROMANO-GERMANICI IMPERATORIS ELECTIONE.

PRODROMUS.

EX Electione omne ordinatum imperium originem trahere, Principemq; verâ Dei providentiâ tunc prælatum cenſeri, tradit Cardinal. Cuſan. *de Concordant. Cathol. lib. 3. cap. 4. in pr.* Cui adſtipulantur Melch. Palaez. *de Majorat. par. 4. quæſt. 1. n. 46.* Joan. le Cirier Pariſienſ *de Primogenit. lib. 2. quæſt. 12. n. 33.* Engelbert. Abbas Admontens. *de Ortu & fine Imp. Rom. cap. 1. & ſeq.* Et Populum, Regum, Principum ac Magiſtratuum quorumcunque cauſam eſſe effectivam, ſcribit Barthol. de las Caſas Epiſcop. Chiapenſ. *Quæſt. Vtrum Princip. ſubdit. abalien. poſſ. §. 4. n. 1. & 3.* Unde hinc quoq; patet, illam potentiæ magnitudinem, cui mortalium pars maxima ſubeſſe voluit, inſtitutam eſſe, non in illorum gratiam, qui ad hoc faſtigium leguntur, ſed in illorum qui parent. Petr. de Andlo *de Imper. Rom. lib. I. cap. 3. circa med.* Marq. Freher. *Not. ibid. verb. Pag. 13 Reges propter. &c.*

Electionem, ſucceſſio tandem ſubſecuta eſt, vel potius ejusdem ex viſceribus prodiit: quando nimirum pariturì imperaturum aſſumebant, ut imperaret ipſe, & filius ejus, & nepos ejus: ceu Iſraelitæ Gedeoni ſe ſubmittere voluerunt. *Iudic. 8 v. 22.* Hinc tandem factum, ut, ſicut olim, ita & hodie, alius ſceptrum per ſuffra-

gia adipiſcatur; alius, paternas atque avitas opes cum imperandi hereditate teneat. Sive, Vitæ vel Sanguini principatus in populos deferatur: qua locutione D Hieronymus utitur *can. Moyſes. 6. cauſ. 8. quæſt. 1.* Utrum verò melius? Politici id enucleant, eſtque vetuſta admodum hac de re diſceptatio, ſed & adhuc ſub judice lis eſt. Conſuli poſſunt Henn. Arniſ. *Relect. Politic. lib. 2. cap. 2. ſect. 4. per tot.* nec non alii, quos laudat Bened. Carpzov. *de Lege Reg. German. cap. 1. n. 3.* Utut ſit. Romano-Teutonicus Imperator, nunc temporis, haut ſuccedendi juri, ſed ſuffragiis, fortunam & ſublimitatem ſuam debet. Papa Innocent. III. id teſtatur, *c. Venerabilem 34. X. de Elect. & electi poteſt.* Quod Capitul. apertum & famoſum vocat Joan. le Cirier Pariſ. *de Primogenit. lib. 2. quæſt. 12. n. 1.* Nec Imperator ipſe id diffitetur, cum inter cætera etiam ita juret: Wir ſollen vnd wollen vns auch keiner Succeſſion oder Erbſchafft deß Römiſchen Reichs anmaſſen / oder darnach trachten / es auff vns ſelbſten / oder vnſere Erben vnd Nachkommen / noch jemandt anders zu wenden: Sondern die Churfürſten / jhre Nachkommen vnd Erben / zu jeglicher Zeit / bey jhrer freyen wahl eines Römiſchen Königs zu laſſen. Compactat. Imperat. mſs. §. Vnd inſonderheit ſollen. &c. Annon & olim idem ſemper obtinuit? Adeantur Sebaſt. Munſter. *Coſmograph. lib. 3. cap. 23.* Chriſt. Lehman Speyer. Chron. *lib. 2. cap. 3.* Chriſtoph. Beſold. *Politic. lib. 1. cap. 5. n. 32.* Et quamquam ſit veriſſimum, quod majores noſtri Imperium hoc, propter electionis turbas inter aliquot Capita ſæpè ſine Capite viderint: quemadmodum dicendo pluribus id perſequitur Illuſtriſſ. Joach. Erneſt. Heres Norvvegiæ &c. apud Illuſtriſſ. Frideric. Achill. Ducem Würtenberg. &c. *Conſultat. de Provinc. Europ. princip. Orat. pro Gall. fol. 184. & ſeq.* Ea tamen ipſa, nunc ita eſt conformata & confirmata, ut ſucceſſionem, omnibus aliis populis, patria noſtra non invideat: Attico teſte Illuſtriſſ. Rudolph. Maximil. Duce Saxon. &c. *alleg. Conſultat. Orat. cont. Gall. fol. 344. lin. 4. & ſeqq.*

Papatum quod attinet, electione & ipſe defertur, nec ſucceſſione ad quempiam devolvi poteſt. Pontifices enim Matrimonio, quod Sacramentis aggregant, uti fruique recuſant, ut notorietas manifeſtum facit. Patres fiunt, Mariti non item. Filios itaque procreare non poſſunt, ſed Naturales tantum liberos,

vel

vel Spurios & Vulgo quæſitos. §. *Si Adverſus.* 12. *ibi Harpr. n.* 7. *& ſeq. Inſtit. de Nupt. l. Nam civium.* 4. *l. Filium.* 6. *ff. de His qui ſui vel alieni jur. ſ..nt. Fac l. Quia ſemper.* 5 *ff. de In jus vocando.* quibus Canones viam, ad officia ſacra ducentem, perviam eſſe regulariter non ſinunt. *c.* 1. *ibi gl. verb. defectum. de Filiis presbyteror. in* 6. propter odium parentum; quodq; paterni criminis exempla in illis metuantur, teſte *gl. can.* 1. *in verb. presbyterorum. diſt.* 56. Etenim

Sæpe ſolet ſimilis filius eſſe patri.

Quem verſiculum recitat *gl. can. Si quis cum militibus.* 22. *verb. metuuntur. cauſ.* 6. *quæſt.* 1. Proprie eſt *l. Quisquis.* 5. *C. ad L. Iul. Majeſtat.*

Cæterum, cum in præſentiarum animus ſit, collatione publicâ inquirere, à quibus, & qualiter Imp. electio, noſtro hoc ævo, expediri ſoleat atque debeat: animadvertamus autem, tali in negotio, Convocationem, Conductionem, Comparitionem, Precationem, Jurisjurandi religionem, Deliberationem, Suffragationem, Suffragiorum, electæq; perſonæ publicationem, Inaugurationem, aliaque nonnulla occurrere: & quidem ita, ut electionem quædam anteambulent, quædam in ipsâ contingant, quædam denique peractam ſubſequantur, Diſcurſum etiam hunc, certis ſectionibus diſcriminatum, abſolvemus. Id verò facturi, in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ad actū ipſum progredimur, juxta *l. In nomine.* 2. *in pr. C. de Offi. Præf. prætor. Africæ &c.* Etenim ſi

Deo amabile decensque principium fiat, univerſa bene & competenter geruntur. *Novell.* 6. *præfat.*

luſtigſte. Straßburg das edelſte. Speyer das Heiligſte oder andächtigſte. Wormbs das armeſte. Mayntz das würdigſte/ weil es nach Rom/ der Heilige Stul zu Mayntz vom Bapſt Gregorio III. genandt worden. Trier das älteſte. Cöln das reicheſte/ uti refert poſt Bruſch. Chriſtoph. Lehman *Speyer. Chron. lib. 1. cap. 28. ſub fin.* Tandem Septemviralis Collegii originem ſive inſtitutionem quod attinet, cum de eâ tot ſint ſenſus, quot capita, videri poſſunt ex plurimis Nicol. Ciſneri *Orat.* Sim. Schardii *libellus peculiaris de hac materia* Mich. Beuther. *Animadv. hiſtor. cap.* 13. Marq. Freher. *Not. ad Lup. Bebenb. de Iurib. Regni & Imper. Rom. c.* 2. *verb. Pag.* 17. *Tempore Othonis &c.* Petr. de Andlo cum Marq. Freher. *Not de Imp. Rom. lib.* 2. *cap.* 1. *per tot.* Joach. Clut. *Syll. rer quot. concl.* 24. *lit. b.* Henn. Arniſ. *Relect. Polit. lib.* 2. *cap.* 6. *ſect.* 5. *n.* 10. *& ſeqq.* Petr. Heig. *Iur. Civil. & Saxon. par.* 1. *quaeſt.* 3. *per tot.* qui melius & accuratius, quam nemo alius eâ de re ſcripſit; teſte Rutg. Ruland. *de Commiſſ. par.* 2 *lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 18.

(d) Germanis Ertz Cantzler vocatur. R. A. Augſpurg de anno 1555. §. So ſich dann abermals. *verſ.* Setzen/ ordnen und wollen. Ita Trevirenſis per Galliam Regnumq; Arelatenſe; Colonienſis per Italiam, Archicancellarii nomine gaudent, quod quondam illis in locis tali munere functi fuerint. A. B. *tit.* 1. §. *Deinde Archiepiſcopum. cum* §. *ſeq.* Joach. Cluten. *Syll. rer. quotid. concl.* 24. *lit g. & ſeqq.*

(e) Videantur Marq. Freher *Not. ad Petr. de Andlo de Imp. Rom. lib.* 2 *cap.* 2. *verb. Pag.* 80. *Mogunt. Archipraeſul.* Joach. Cluten. *Syll. rer. quot. concl.* 24. *lit. b.* Hinc tamen colligere non licet, illum reliquis majorem & ſuperiorem eſſe, praeſertim in electionis negotio, cum arithmetica proportio ibi ſervetur, uti jam diximus.

(f) Eccleſiaſticis & Secularibus, ſuis in electione conſortibus, electionem intimare debet. A. B. *tit.* 1. §. *Praeterea. & tit.* 4. §. *Caeterum.* Eccleſiaſtici autem hanc praerogativam, non ut Sacerdotes & Epiſcopi, ſed ut Imperii Principes, & ampliſſimarum ditionum Domini obtinent. Petr. Heig. *Iur. Civil. & Saxon. quaeſt.* 4. *n.* 53. *par.* 1. Jungatur Andr. Gail. *Pract. obſerv. lib.* 1. *obſ.* 30. *n.* 1. *& ſeqq.* Et Saxo dicit, den Kayſer kieſen die Reichs-Fürſten/ beyde Pfaffen und Leyen. Specul. Saxon. *lib.* 3. *art.* 57. *ſub fin.*

Archiprae-

(g) Archipræſul Moguntinus Coëlectores omnes & ſingulos convocare, ut diximus, damnas, hoc eſt, obligatus eſt, *l. Damnas. 15. in pr. ff. de Vſu & uſufr. &c. per legat. vel fideicommiſſ. dat.* Si itaque vel unus prætereatur, contemptum iſtum totius electionis evacuatione ſeu annihilatione vindicare poteſt, *c. Venerabilem. 34. §. Objectioni. X. de Elect. & electi poteſt. fac. princ. Inſtit. de Inoffic. teſtament.* Pertinet huc exemplum, quod habet Albert. Krantz. *Saxon. lib. 9. cap.* 8. Attamen Elector non vocatus, poſtea, propter bonum publicum conſentire, atque ita electionem, quam infringere valuiſſet, per ratihabitionem confirmare poteſt: *arg. c. Quod ſicut. 28. in pr. ibi gl. verb. conſentire. X. de Elect. & electi poteſt. c. Cum nos. 3. ibi gl. verb. ratam. X. de Iis quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. Capit. c. Ratihabitionem. 10. de Regul. Jur. in 6.* Angel. de Clavaſ. *Summ. caſ. conſcient. verb. Electio. n. 18.*

(h) Hoc eſt, per ſuos nuncios, literis oatentibus. A. B. *tit. 1. §. Præterea. tit. 4. §. Cæterum.* Idq; ab illo die, quo Moguntinenſis Diœceſis Imperium vacare reſcivit, intra menſem, continuè numerandum, fieri debet. A. B. *tit. 1. §. Cum autem ad hoc.* Hoc itaque tempus ab initio utile eſt, per ea, quæ tradit Joann Sichard. *ad l. In contractibus. 14. n. 2. C. de Non numer. pecun.* Quod etiam regulare eſt, *l. Genero. 8. ff. de His qui notant. infam. l. 1. §. fin. ff. Quando appell. ſit & intra quæ temp.* Cæterum Archiepiſcopo Moguntino hanc rem negligenter agente, & intra præfinitum tempus citationem non emittente, Electores reliqui, motu proprio, convenire, nec non electionem inſtituere tenentur. A. B. *tit. 1. §. Cum autem ad hoc.* Atque ita dies pro homine interpellare incipit, juxta *l. Magnam. 12. C. de Contrah. & committ. ſtipul. l. In emphyteuticariis. 2. § Sin autem. C. de Iure emphyt. c. fin. X. de Locato & cond.* Qualiter autem & qua formâ citationis literæ confici, quæque ſolennitates immutabiliter in illis obſervari debeant, uti loquitur A. B. *tit. 1. §. Qualiter.* expreſſum & præſcriptum reperitur A. B. *tit. 18. per tot.*

(i) Franckenford ſuper Moganum, ceu ſonant verba A. B. *tit. 1. §. Præterea.* jungatur *tit. 25. § Invenimus.* Hanc loci determinationem & præfinitionem, contrariâ Caroli IV. ſanctione anno 1363. latâ, palam reſciſſam eſſe, ſcribit Hartm. Maurus *de Coronat. Imp. Caroli V. apud Melch. Goldaſt. Polit. Imper. par. 3. relat. 3.*

§. *Quia vero aurea bulla.* Antiquum morem ſcire cupiens adeat Lupold. Bebenb. *de Iurib. Regni & Imp. Rom. cap. 6. fol. 44.* Marq. Freher. *Not. ad Petr. de Andlo de Imp. Rom. lib. 2. cap. 2. verb. Pag. 80. evocare ad oppidum.*

(*t*) Imp. Carolus IV, ita loquitur A. B. *tit. 1. §. Statuimus. & paſſim.* Papa Innocentius III. *c. Venerabilem. 34. X. de Elect. & electi poteſt.* De Rege Romanorum in ſpecie ſic dicto, videatur Joach. Cluten. *Syll. rer. quotid. concl. 23. per tot.* Quomodo ab Imperatore nomine, ſigillo, gradu poteſtate differat, tradunt Dom. Arum. *Aur. Bull. diſc. 2. th. 21.* Theod. Reinking. *de Regim. Secul. & Eccleſ. lib. 1. cl. 3. cap. 14. n. 56. & ſeqq.* Matt. Rumel. *Aur. Bull. diſc. 1. th. 7. & diſc. 2. th. 6. par. 3.* Inter Auguſtum & Cæſarem quid diſcriminis olim fuerit, monſtrat Onuphr. Panvin. *de Comit. Imperat. cap. 3. per tot.*

QVAEST. I.

An Electores Imperii Regem Romanorum Imperatore adhuc vivente, atque ita Imperio nondum vacante, eligere queant?

Sunt quibus negativam propugnare placuit; atqui nos cum illis facere non poſſumus. I. Quia Hiſtorici docent id ſæpius factum fuiſſe. Etenim Ludovicus pius, Otto I. II. & III. Henricus II. III. IV. V. & VI. Fridericus II. Wenceslaus, Maximilianus I. & II. Ferdinandus I. Rudolphus II. Reges Romanor. Imperatoribus viventib. ſunt creati. II. Ipſis eligere licet, quotiescunque & quandoque neceſſitas ſive caſus emergit. A. B. *tit. 1. in pr.* III. Imperatorum Compactatio id apertiſſimè docet hiſce verbis: Wir ſollen vnd wollen die Churfürſten zu jeglicher zeit bey jhrer freyen Wahl eines Römiſchen Königs laſſen / dieſelbe / ſo offt ſie es einem Kayſer zu behueff / oder ſonſt dem Heiligen Römiſchen Reiche nohtwendig vnd nutzlich befinden / auch bey Lebzeiten eines Römiſchen Kayſers / mit / oder wann derſelbe auff angelegte Bitte der Churfürſten / ohne gnugſame erhebliche Vrſachen geweigert werden ſolte / ohne einigen deß Regierenden Kayſers conſens / für zunehmen. Imperat. Ferdinandi II. Compact. Mſs. §. Vnd inſonderheit.

QVAEST.

An Septemviralis Collegii Decanus, Regem Bohemiæ, juxtà ac Electores reliquos, ad electionis conventum convocare teneatur?

Negant nonnulli: verùm cum affirmativæ opinionis tuitores Veronam properent, horum in comitatu reperiri geſtimus. I. Quia Rex Bohemiæ ſub Imperio eſt. Joach. Cluten. *Syll. rer. quot. concl. 24. lit. O.* Germanus etiam eſt, & Bohemia intra Germaniæ limites incluſa. Æn. Sylv. Picolom. *Europ. cap. 26. in pr.* Marq. Freher. *Not. ad Petr. de Andlo de Imp. Rom. lib. 2. cap. 2. verb. Pag. 81. Rex Bohemiæ nō niſi.* In Germaniæ ſinu eſt, licet ab ipſius corpore execta ſit, linguâ, moribus, legibusq; diverſis. Joan. Barcl. *Icon. animor. cap. 5. §. Rerūp.* II. Quia Electores omnes & ſingulos cōvocare debet, A. B. *tit. 1. §. Præterea.* Rex Bohemiæ autem de illorū numero eſſe dignoſcitur A. B. *procem. verſ. Sanè cum ex officio.* Sacri Imperii Archipincerna eſt A B. *tit. 1. §. Primonamq;.* Inter Electores Seculares primum locum obtinet. *tit. 4. §. Tertio à Rege.* In Imperialis Curiæ celebratione Regem alium quemcunq; immutabiliter antecedit. *tit. 6. verſ. Eò ſignanter.* Cum Electoribus cæteris jus, vocem & locum habet. *tit. 7. in pr.* III. Idem manifeſtè probat exemplum, quod refert Hartm. Maurus *de Coronat. Imp. Caroli V. apud Melch. Goldaſt. Polit. Imper. par. 3. relat. 3. §. Tametſi ſecundo loco.* Elector ergo eſt, ſed ad electionis actum ſaltem deputatus, Bened. Carpzov. *de Lege Reg. German. cap. 5. n. 18.* Unde patet, quod vero non ſint conſona, quæ refert gl. *c. Ad Apoſtolicæ 2. §. fin. verb. illi autem. de Sentent. & re judic. in 6. &* Specul. Saxon. *lib. 3. art. 57. ibi gl. lat. verb. qui non eligit. & gl. german. verb.* Der König von Böhem.

POSIT. II.

Electores ritè & legitimè convocati, (a) omnes & ſinguli intra tres menſes (b) ab eo die, quem intimationis literæ exprimunt, continuos (c) ſi non immediatè, ſaltem mediatè comparere, (d) & electionem abſolvere tenētur; (e) niſi pœnæ legali ſubdi mavelint. (f)

(a) A quo, & qualiter iſta convocatio ſive citatio expediri debeat, ex illis, quæ præced. poſit. dicta ſunt, clareſcit.

(b) Ut Imperator loquitur, A.B.*tit.*1.§.*Præterea.* Intra Kalendas tertias, eodem ſenſu dicere licebit. Ita enim legimus in jure noſtro *l.Liber.*59.§.*pen.ff.de Hered. inſtituend.* Kalendas quintas *l.* 1.§. *Si quis ſimpliciter.*3.*ff.de Verb.obligat.* & Kalendas centeſimas *l. Centeſimis.*46.*in pr.ff.d.tit.*

(c) Ita ordinatum A.B. *tit.*1. §. *Præterea. verſ. Huſuſmodi.* Continuus menſis dicitur, qui continuè numeratur, *d.tit.*1. §.*Cum autem.* Ita tum dies, tum annos, continuos & utiles in jure habemus, de quibus Herm. Vult. *ad* §. *Cum igitur.* 6.*n.*4.*Inſtit. de Bonor. poſſeſſ.* & Joann. Harpr. *ad* §. *In petenda.* 7.*n.* 1. *& ſeq. Inſtit. eod. tit. gl.* §. *Rurſus.* 5. *verb. annum. Inſtit. de Actionib.* De Civili & Naturali anno, videri poſſunt Macrob. *Saturnal. lib.* 1. *cap.* 3. Joann. Gödd. *ad l. Urbis.* 2. §. *Cujusq;.* *n.*7. *& ſeqq. ff. de Verb.ſignif.* Joann. Althuſ. *Dicæolog. lib.* 1. *cap.* 9. In dubio autem ſemper Continuum tempus intelligitur, niſi utile ſpecialiter requiratur: gl. *ad Rubr. ff. de Diverſ. & temporal.præſcript. &c.*

(d) Nuncios plenâ & omnimodâ poteſtate inſtructos ablegare poſſunt. Legatos verò, cum Majeſtate careant, eò mittere nequeunt. Cæterum, Nuncii eò deſtinati, poteſtatem ſuam patentibus literis, Principalis ſui majori ſigillo communitis, probare tenentur. A. B. *tit.* 1. §. *Præterea. verſ. Huiusmodi.* Literarum earundem ſolennis formula præſcripta habetur A. B. *tit.*19.*per tot.*

(e) Non, Hieroſolymis fuiſſe, ſed ibidem bene vixiſſe, laudem meretur, *can. Gloria.*71. *cauſ.*12.*quæſt.* 2. Ita quoq; hoc caſu noſtro, adveniſſe, ſeq; hominibus oſtendiſſe vel oſtentaſſe haut ſufficit, ſed id, cujus cauſa convenitur, expeditum dari debet. Finis autem propter quem Electores conveniunt, eſt, ut Chriſtiano populo eligatur temporale caput, A.B. *tit.* 2. §. *Ego N. Archiepiſcopus.* Caput, Principem, ſive ſuperiorem denotat. *Deuter.*28.*v.*13. *Iudic.*11. *v.*10. *Ierem* 13. *v.* 21.

(f) Illa eſt, ut voce ſeu jure, quod in electione habuit, ſed deſerere voluit, iſta vice privetur. A.B.*tit.* 1. §. *Princeps vero.*

QVAEST. I.

An Principibus Electoribus ad electionem legitimè convo-

convocatis, prorſus integrum ſit, vel immediatè vel mediatè comparere, actuiq; iſti intereſſe?

Ajentes rationibus, queîs opinionem ſuam ſtabilire queunt, nequaquam deſtituuntur; nos verò negantium urnam lapillo noſtro auctiorem reddemus. I. Quia, qui juſto impedimento detinetur, der mit redlicher hindernuß behafftet iſt / excuſatur. A. B. *tit. 25. §. Quandocunq.* Qui locus optimè explicat alternativè loquentem textum A. B. *tit. 1. §. Præterea.* II. Accedit, quod Canones Procuratorem ad eligendum conſtituere nulli permittant, niſi ei, qui juſto impedimento irretitus ipſe adeſſe nequit. Quod impedimentum etiam juramento, ſi opus fuerit, probandum eſt. *c. Quia propter. 42. §. pen. X. de Elect. & electi poteſt.* Juramentum tale tamen, hoc noſtro caſu, exigi vix poterit, cum Carolina ſanctio nullam ejus mentionem faciat. Idq; propter *Novell. 18. cap. 5. in pr. c. Illa devotionis. 2. ibi: cum nusquam inveniatur. X. Ne ſede vacante aliq. innovet.*

QVAEST. II.

An Princeps Elector, Nuncium ſuo nomine ablegatum, mandato ita arctare & adſtringere queat, ut non, niſi certam, & individualiter definitam perſonam eligat?

Affirmantium argumenta non ſunt omnino levia: quia verò negantium præponderare videntur, illos linquere & cum his facere placet. I. Quia vota non particulariter, ſed collegialiter, diligenti deliberatione præviâ, in ſolenni conventu ſunt ferenda, uti infra dicetur. Sequitur ergo quod ablegantis arbitrio eadem ita conprimi atq; conſtringi non poſſint. Theod. Reinking. *de Regim. Secul. & Eccleſ. lib. 1. cl. 3. cap. 3. n 9.* II. Nuncii plenâ & omnimodâ poteſtate inſtructi advenire debent. A. B. *tit. 1. §. Præterea verſ. Hujuſmodi. & §. Debet autem.* III. Cum Ferdinandus II. Imperator glorioſiſſimus, Dominus noſter clementiſſimus, ſummæ rerum præficiebatur, Electoris Saxonici Nuncius limitato cum mandato acceſſit. Electores verò reliqui præſentes, prius progredi vel noluerunt, vel non potuerunt, quam is poteſtatem plenam conſequeretur. Joann. Frideric. Mateneſ. *de Ferdinandi II. Imperat. parentelâ, elect. & coronat. lib. 2. §. Mox etiam. fol. 76.*

Ne VIIviri propter viæ pericula domi maneant, (*a*) ſaluberrimo ſanè conſilio conſtitutum eſt, ut non modò Electorum quilibet Coëlectores ſuos, Nunciosvè eorundem, ſed univerſi etiam reliqui Imperio parentes, tam hos, quam illos, ad locum electioni deſtinatum tendentes, requiſiti conducant, (*b*) Francofurtum etiam ad defendendum eos, quibus portas reſerare tenetur, (*c*) jurisjurandi religione devincitur. (*d*)

(*a*) Qui neſcius eſt, quod viæ moleſtiis ſcateant, quodq; iter facientes non modò altiſſimos ſæpè montes, verum etiam pericula haut infima ſuperare cogantur, is certò præter rus patrium vidit nullum. Is utique exul nunquam fuit: nunquam ſe exinanivit: vitam periculis nunquam expoſuit: nunquam à viliſſimis hominibus (quod graviter dolendum) injurias ſine causâ pertulit. Nunquam itaque dignus erit, ut ejus quis miſereatur: juxta illationem Imperat. Friderici *Auth. Habita. C. Ne fil. pro patre, vel pater pro filio emancip. &c.*

(*b*) Quinam, quo item modo, ſub quâ etiam pœnâ hi omnes ſalvum conductum ad electionem proficiſcentibus præſtare teneantur, Imperator Carolus IV. ut prolixè, ita accuratè diſponit ac præcipit, A. B. *tit. 1. ferè per tot.*

(*c*) Scilicet Electoribus, Nunciisvè eorundem electionem abſoluturis. Permittuntur autem cum ducentis tantummodo equitibus ſinguli introire, in quorum numero quinquaginta tantum armatos vel pauciores, non etiam plures ſecum introducere poſſunt. A. B. *tit. 1. §. Debet autem.*

(*d*) Quo juramento hæc duo illis injunguntur. I. Ut Principes Electores univerſos in genere, & quemlibet eorum in ſpecie, ab invaſione alterius, ſi quid adverſitatis inter eos emergeret, & etiam ab omni homine, cum omnibus eorum hominibus, quos ipſi & eorum quilibet in legitimo ſuo comitatu habent, fideli ſtudio & ſolerti diligentiâ protegant atque defendant. II. Ut

toto

toto tempore, quo electionis rota volvitur, neminem cujuscunq; dignitatis, conditionis vel ſtatus extiterit, in urbem intromittant, & jam antè intromiſſos etiam recedere & exire jubeant. Omnia hæc ſub pœnâ, quam lex ibidem comminatur. A. B. *tit.* §. *pen. & ult.* Hinc Angliæ Regis Legatus, apud Electores Regis Commiſſionem expoſiturus, Bohemicasq; turbas ſopiturus, in nuperâ electione admitti non potuit. Joann. Frideric. Mateneſ. *de Parentela, Elect. & Coronat. Imp. Ferdin. II. lib. 2.* §. *Anglicus fol. 76.*

QVAEST. I.

An Princeps VIIvir, Nunciusvè alicuius ad perficiendam electionem ablegatus, iter per inſolitam viam instituturus, æquè ſit conducendus, ac ſi per ſolitam tranſiret?

Ita opinamur; modo ea, quæ in hujus quæſtionis ſecundâ decidēdi ratione dicturi erimus, obſerventur. I. Quia iter ſuſcipiens cauſas domi habere poteſt, quare potius per inſolitam, quam ſolitam vitam iter ſuum emetiri velit, vel etiam emetiri cogatur. II. Quia generaliter & indefinitè ſtatutum reperitur, quod Imperio ſubjecti, eos, qui ad electionem perficiendam deſtinati proficiſcuntur, per territoria ſua, & ultra, quantò poſſint remotius, absq; dolo malo conducant. Non tamen conducere tenentur, niſi conductus tempeſtivè poſtuletur, & via præelecta indicetur. A. B. *tit. 1. in pr.* §. *Statuimus.* § *Volumus.* §. *Præmiſſas.* Unde generaliter & indefinitè erunt accipienda, quæ lex generaliter & indefinitè diſpoſita eſſe voluit: juxta *l. De pretio. 8. ff. de Publ. in rem act. l. 1.* §. *Generaliter. ff. de Legat. præſtand.*

QVAEST. II.

An Princeps VIIvir, ſi tacitus per inſolitam viam proficiſcatur & ſpolietur, damni, quod incurrit, emendationem a territorii domino petere queat?

Ajentes

Ajentes rationibus ſuis ſunt inſtructi: Suadâ autem nullâ, ut choro eorum accedamus, efficient. I. Quia, illis locis, per quæ vulgò iter fit, lex ſecuritatem defert. *l. 1. §. Parvi. 2. ff. de His qui effuder. vel dejecer.* Hinc promittens aliquem per ſecuram viam deducere, ſi per inſolitam deducat, & ſpolietur, damnum illatum ſarcire tenetur, arg. *l. Qua actione. 7. §. Sed ſi quid plus. 2. ibi Gothofr. lit. y. ff. ad L. Aquil.* Faciunt huc etiam, quæ tradit poſt Bartol. & Jaſon. Andr. Gail. *Pract. obſervat. lib. 2. obſ. 64. n. 11.* II. Damnum quod quis ex ſuà culpâ ſentit, non aliis, ſed ſibi imputare debet. *c. Damnum. 86. de R. I. in 6.* imò, id non ſentire videtur. *l. Quod quis. 203. ff. eod.* III. Quod loco ultimum, ſed virtute primum eſt, Carolina ſanctio expreſsè vult, ut conductu frui geſtiens, eundem poſtulet, ſimulque, tranſitui electum iter, ſignificet & manifeſtet. A. B. *tit. 1. §. Volumus. & §. ſeq.*

SECTIO II.

QUAE IN ELECTIONE IPSA OBSERVARI DEBEANT.

POSIT. I.

PRincipes Electores omnes & ſinguli, (*a*) Francofurti immediatè vel mediatè comparentes, (*b*) in D. Bartholomæi Baſilicâ congregari, (*c*) ipſumq; negotium à precibus auſpicari jubentur: (*d*) quibus finitis (*e*) jurare tenentur, (*f*) & quidem omnes, (*g*) quod Chriſtiano populo idoneum temporale Caput, ſecundum omnem ſuum intellectum ſyncerè eligere velint. (*h*) Iuramentum Archipræſul Moguntinus primus deponit, deindeque à Coëlectoribus ſuis idem exigit. (*i*)

Tam

(a) Tam Eccleſiaſtici, quam Politici. Hos enim omnes & ſingulos convocandos eſſe, ex præcedentibus jam conſtat.

(b) Ut compareant & eligant, convocantur. Si emanent, voce & voto pro illâ vice privantur, uti jam dictum fuit *ſect. 1. poſit. 2. lit f.* Eadem quoque pœna manet illos, qui quidem veniunt, electionem autem non abſolvunt, uti dicetur *hac ſect. 2. poſit. 2. lit. b.*

(c) Electores, ſi ipſi adſunt, in Curiâ habitum Electoralem, in peculiariter unicuique adſignato conclavi, induunt, eoque poſtmodum ornati, ex Curiæ palatio deſcendentes, equis conſcenſis, in S. Bartholomæi templum, inſigni peditum equitumque numero præmiſſo, tendunt. Abſentium Nuncii eodem quidem modo, eâdemque viâ ſe eò recipiunt, ſed ſuis tantum veſtimentis amicti. Gothard. Arthuſ. *Mercur. Gallo-Belg. Sleid. ſuccent. to. 7. lib. 1. ad ann. 1612. fol. 50.*

(d) Decantando Miſſam de Spiritu Sancto. A. B. *tit. 2. in pr.* Sed Principes Electores Politici, Proteſtantium nomine & numero comprehenſi, Miſsæ celebrationi non interſunt: atque ita mutata religio, has quoque preces ex parte mutavit. Hinc in Ferdinandi II. nunc inter homines faſtigium tenentis, electione, Palatini, Saxonis, & Brandenburgici VIIvirûm Nuncii, in Sacellum Choro proximum interea ſeceſſere. Miſſæ autem Sacro abſoluto ſinguli ad ſubſellia ſua rediere, & Hymnus *Veni creator Spiritus &c.* decantari cœpit. Joann. Frideric. Mateneſ. *de Imp. Ferdinandi II. Parent. elect. & coronat. lib. 2. fol. 84. in pr.* Precum ſumma & finis eſt, ut Spiritus Sanctus ipſe corda eorum illuſtrare, eorumque ſenſibus ſuæ virtutis lumen immittere dignetur, quò hominem juſtum, bonum & utilem eligere valeant. A. B. *tit. 2. in pr.* Exemplo Moyſis, de quo *Num. 27. v. 16. cum ſeq.* nec non Apoſtolorum Chriſti, de quibus *Actor. 1. v. 23. & ſeqq.*

Hinc, ſi non fruſtra, quoties in nomine Chriſti,
Tresvè, duosvè pari conſenſus juris amore
Congregat, in medio perhibet ſe Chriſtus adeſſe,
Quis dubitet, tantis, ad commoda tanta vocatis,
More ſuo, medium Primatibus affore Chriſtum?

quemadmodum jucundè canit pervetuſtus Vates Gunther. *Ligur. lib. 8. v. 454. & ſeqq. ex Evangeliſta Matth. 18. v. 20.*

(e) Poſtquam Presbyter, Miſſæ celebrationi addictus, ad populum converſus, hæc verba pronunciavit: *Ite, Miſſa eſt:* & Hymnus, *Veni creator Spiritus* cantando ad finem perductus eſt.

(f) Id eſt, obligati & devincti ſunt, arg. *l* 1. §. *Hæc actio.* 3. *ff. Ne vis fiat ei qui in poſſeſſ. miſſ. erit.* Carolinâ ſcilicet ſanctione. A. B. *tit.* 2. *in pr.* Ita Romæ, Cardinales, quando Pontifex eligendus eſt, in Daniâ, Nobiles; in Poloniâ, Palatini, & alibi etiam, ubi legitima electio invaluit, illi, qui electionem moderari juſſi ſunt, prius jurant, quam eandem inchoant. Henn. Arniſ. *Relect. Polit. lib.* 2. *cap.* 2. *ſect.* 4. *n.* 34. Jurant autem Electores noſtri ante altare in quo Miſſa celebrata fuit: quod omnes tunc inermes accedere, omnesq; miniſtri ſimiliter inermes circumſtare debent. Cæterum, Eccleſiaſtici, coram Evangelio S. Joannis *In principio erat Verbum*, illic ante ipſos poſito, manibus pectori impoſitis; Seculares verò Evangelium modò dictum manibus ſuis corporaliter tangentes jurant. A. B. *tit.* 2. *in pr.* Corporale juramentum Ein Cörperlicher Aydt vocatur, quod tali modo præſtatur. *l. pen. C. Si minor ſe major. dixer. vel probat. fuer. l.* 1. *ibi gl. verb. corporaliter. & Gothofr. lit. a. C. Si adverſ. vendition.* Denique ſciendum & notandum, quod illa Evangelii adhibendi ceremonia, non tam ad ſubſtantiam, quam ſolennitatem jurisjurandi majoremq; venerationem ac religionem ei conciliandam pertineat. Quamvis enim Ad Evangelium, Per Evangeliũ tamen nequicquam jurant: cum per Deum ſolummodo, non etiam per creaturas jurare liceat. *Ierem.* 5. *v.* 7. *Matth.* 23. *v* 16 *& ſeqq.* Addatur Cunrad. Ritterſhuſ. *Different. jur. Canon. & civ. l. lib.* 5. *cap.* 19 *in pr.*

(g) Omnes, hoc loco idẽ eſt quod *Singuli* arg. *l. Familia.* 5. *in pr.* (alias, *Si familia*) *ibi gl. verb. omnium. ff. Si famil. furt. feciſſe dicet.*

(h) Quæ omnia, aliaq; nonnulla ipſo juramento diſertè comprehenduntur, cujus tenor ſive formula habetur A. B. *tit.* 2. §. *Ego N. Archiepiſcopus.*

(i) Moguntinus, Trevirenſi formulam præeunte & præloquente primus jurat. Joann. Frider. Mateneſ. *de Imp. Ferdin. II. Parent. elect. & coronat. lib.* 2. §. *Omnes. fol.* 84. Quo ordine Moguntinus à reliquis juramentum hoc exigat, annotatum reperitur apud

Gerl.

Gerl. Buxtorf. *Aur. Bull. Diſſertat. concl.* 28. *lit. d.* Coronidis loco hic notandum venit, quod juramentum hoc vulgariter, in Teutſch/uti germanica verſio habet, præſtari debeat. A. B. *tit. 2 in fine pr.*

QVAEST. I.

An Eccleſiaſtici Electores, quos Pontifex Romanus Pallio ſuo nondum amicivit, electioni ritè & firmiter in-intereſſe, eamq; peragere valeant?

Sive ante, ſive poſt Kalend. Græcas, Papa eos pallio ſuo amiciat, nihil intereſt: Si pallio Electorali legitimè acquiſito condecorati prodeunt, electionis Secretarium introire queunt. I. Quia Principes Imperii, non Epiſcopi vel Sacerdotes Regem Romanorum eligunt, ceu diximus ſupra *ſect. 1. poſit. 1. lit. f.* II. In Comitiis aliis etiam ſeſſione & voce potiuntur, antequam pallium illud, quod quàm plurimo venit, emant, uti Receſſuum Imperii ſubſcriptiones id clarè probant. Etenim DANIEL Erwöhlter Ertzbiſchoff zu Mayntz ſubſcripſit anno 1555. FRIDERICUS Erwöhlter Ertzbiſchoff zu Cöln ſubſcripſit annis 1564. 1566. & 1567. JACOBUS Erwöhlter Ertzbiſchoff zu Trier ſubſcripſit anno 1567. VALENTINUS Erwöhlter Ertzbiſchoff zu Cöln ſubſcripſit annis 1570. 1571. & 1576. WOLFGANGUS Erwöhlter Ertzbiſchoff deß heiligen Stuls zu Mayntz ſubſcripſit anno 1582. III. Wichboldus, Archiepiſcopus Colonienſis electus, Albertum, Adolpho rejecto, Regem Romanorum anno 1298. cum aliis elegit, uti refert Matt. Cruſ. *Annal. Suevic. lib. 3. par. 3. cap. 14. in pr.*

QVAEST. II.

An Principes Septemviri juramentum, quod lex illis, ſub initium electionis præſtandum defert, omnino & præcisè deponere compellantur?

Affirmantes rationibus firmiſſimis ac urgentibus innitũtur: unde ab illis ſeparari recuſamus. I. Quia Imp. Carolus IV. lex, quondam, animata in terris illud ita defert, A. B. *tit. 2. in pr. cum*

§. *ſeq.* ipſamque electionis formam attingit. Sim. Piſtor. *conſ.* 1. *n.* 31. Forma autem adeò præcisè eſt ſervanda, ut non ſufficiat per æquipollens jurare, ſed potius de novo jurandum ſit, *l. Qui per ſalutem.* 33. *ibi Gothofr. lit. d. ff. de Iurejur. ſive volunt. ar. &c.* Guil. de Monſerr. Catalan. *de Succeſſ. Regum. Dub.* 3. *n.* 7. II. Etiam Epiſcopus, in cauſis gravioribus, illisq; omnibus, in quibus jure ſpecialiter expreſſum reperitur, corporale juramentum præſtare compellitur. *c. Quotiens.* 5. §. *Porro. X. de Purgat. canon.* Didac. Covarruv. *ad c. Quamvis. par.* 1. §. 1. *n.* 3. *de Pact. in* 6. III. Generaliter tenendum eſt, in publicis & graviſſimis Imperii cauſis, ſolenne juramentum præferri firmiter etiam factæ promiſſioni, nec æquipollens facilè admitti. Warem. de Ehrenb. *Meditam. pro Fœderib. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 159.

POSIT. II.

Poſt hæc electionem planè aggrediuntur, (a) quam inceptam deſerere haut queunt, (b) ſed actu continuo pertractare, (c) menſtruoque ſpatio abſolvere tenentur. (d) Et quia Caput idoneum, (e) quale eligere debent, (f) ſtatim obvium non habetur, (g) matura deliberatio inſtituenda, (h) & in eligendi dotes accuratius inquirendum eſt, (i) ſimulque videndum, ne plures, ſed unus (k) eligatur, nec fœmina, ſed mas ſolus. (l)

(a) Collegialiter, Lup. Bebenb. *de Iurib. Regni & Imp. Rom. cap.* 6 Petr. de Andlo *de Imp. Rom. lib.* 2. *cap.* 3. *ſub fin.* Joann. le Cirier Pariſienſ. *de Primogenit. lib.* 2. *quæſt* 12. *n.* 23. Ejusque rei gratiâ Sacellum Cæſareum, quod concameratum & oblongum Choro ad meridiem adjacens conclave eſt, altari eleganter extructo, & pulcherrimè exornato conſpicuum, nec non multis undique magni pretii appenſis tapetibus condecoratum, ingrediuntur. Gothard. Arthuſ. *Relat. Imp. Matth. elect.* §. *Electores vero. apud Melch. Goldaſt. Polit. Imper. par.* 1. *rel.* 14 *fol.* 170. *& ſeqq.*

Convo-

(b) Convocantur & conveniunt, ut Regem Romanor. eligant, hoc eſt, eligere neceſſe habent, arg. *l. Quod ſi fortè. 14. §. ſunt quidam. verb. ut gerant. ff. de Solution. & liberat.* Elector autem, qui *αὐτοπροσώπως* comparet, Nunciusvè, qui Electoris abſentis nomine quidem advenit, prius vero, quam Rex Romanor. electus eſt, diſcedit, Procuratore legitimè & ſolenniter ad id conſtituto, non relicto, electionis jure ſive voce, quam in illâ electione habuit, & tali modo deſeruit, iſtâ vice privatur, A. B. *tit. 1. §. Princeps verò.* Eâdem pœnâ is feritur, qui prorſus emanet, uti diximus *ſect. 1. poſit. 2. lit. f.* Paria namque ſunt, omnino non venire, vel ad finem usque non expectare. *can. Certum. 43. cauſ. 11. quæſt. 3.* Nec ſtetiſſe dicitur, qui illicentiatus receſſit. Laurent. Sylvan. *de Feudi recognit. quæſt. 92. n. 2.*

(c) Non Judaicè, ſed civiliter id accipiendum eſt, quemadmodum Jovialis, pluviavè aqua, perpetua dicitur, licet perpetuo aſſiduèque non cadat *l. Foramen. 28. ff. de Servitut. præd. urban.* Flumen ſimiliter perenne dicitur, licet aliquâ æſtate exaruerit *l. 1. §. Item fluminum. 2. ff. de Fluminib. ne quid in flum. publ. &c.* Teſtamentum etiam uno contextu abſolvi dicitur, licet actus quidam interveniant. *l. Heredes. 21. §. fin. ff. Qui teſtam. fac. poſſ. l. Cum antiquitas. 28. in pr. C. de Teſtament.*

(d) Infra triginta dies, à die præſtiti juramenti continuò numerandos, ut habet textus A. B. *tit. 2. §. Præſtito. verſ. Quod ſi facere.* Tot enim dies in menſes ſingulos numeramus, *l. Si ita quis 135. in pr. ff. de Verb. oblig.* Joann. Godd. *de Contrah. & commit. ſtipulat. cap. 8. concl. 2. n. 61.* Jungatur Laurent. Sylvan. *de Feudi recognit. quæſt. 11. per tot.* Et ſi intra hoc tempus in aliquem legendum non conſentiant, pane & aquâ ali debent, donec voluntates eorum in unum conſpirent. *d. § Præſtito. verſ. Quod ſi facere.* Pœna, Cardinalibus, Papæ electionem intra præfinitum tempus non abſolventibus, dicta, reperitur *c. Ubi periculum 3. §. Verum ſi. de Elect. & electi poteſt. in 6.* Jungatur Sim. Majol. *Dier. canicul. continuat. par. 2. colloq. 6.*

(e) Non-Germanum, hominem judicioſiſſimum, ſcribere reperio ita: *VIIviri, non alium, quam ingentis potentiæ virum, & qui vel opulentis ditionibus, vel purpurâ etiam*

ſceptrisq; emineat, Cæſarem dicere debent. Sola Virtus at q; Nobilitas ſuffragia hæc ferre non poſſunt. Ubi enim conſideret Imperator, niſi jam illi antea extra Imperium Sedes? Ubi Regia, quâ tantæ majeſtatis titulos excipiat? AEgrè alicubi habitare paterentur, quem ut plurimum amant abſentem venerari. Joan. Barclaj. *Icon. animor. cap.* 5. §. *Sed quod expiranti.* Aliter Jus Saxonicum, quod vult, das Er nicht Lahm/ nicht Auſſätzig/ noch in deß Bapſts Bann mit Rechte kommen ſey: Das Er ſeine Haut noch Haar nicht gelöſet habe: vnd in deß Reichs Acht/ Jahr vnd Tag nicht geweſt ſey: Das er Dieberey vnd Raub nicht geſühnet hab: Das er guter Geburt/ vnd ein falſcher Richter nie geweſt ſey. Specul. Saxon. *lib.* 3. *art.* 54. *ibi gl. germ. verb.* Der König ſoll auch frey ſein. *&c.* At Imp. Carolus IV. omnium optimè hanc rem definit, cupiens ut Homo Juſtus, Bonus & Utilis, Ein Gerechter/ Guter vnd Nutzer Menſch eligatur. A. B. *tit.* 2. *in pr.*

(f) Jurisjurandi religione & ſanctimoniâ ad id devincti, A. B. *tit.* 2. §. *Ego N. Archiepiſcopus.* Et clauſula hæc *Si dignus exiſtat*, alias etiam præſupponitur, & ſicut illa *Si preces veritate nitantur*, ſemper ſine ullâ expreſſione ſubintelligitur: ceu docet *c. Cum adeò.* 17. §. *fin. ibi gl. verb. Si dignus exiſteret. X. de Reſcript. c. In cauſis.* 30. *in princ. ibi gl. verb. idonea. X. de Elect. & electi poteſt.*

(g) Mercurius enim ex quovis ligno effingi & fabricari non poteſt, ut diverbio & veriverbio dicere ſolent. Ita Romana Eccleſia quoque habet, ad Papale culmen qui minus idonei judicantur. *c.* 1. §. *Novit. verſ. Eligatur. ibi gl. verb. gremio. diſt.* 23.

(h) Ita Ethici, Electionem, quâ de illi agunt, etiam deſcribunt, quod nihil ſit aliud, quam ſpontaneum ejus, cujus deliberatio præceſſit. Samuel. Heiland. *Ethic. lib.* 3. *in pr.* Faciunt huc quæ ſcribit *gl. c.* 1. *verb. tractantes. diſt.* 23.

(i) Natura quidem, mortalium neminem, tam conditis moribus finxit, in quo non aliquid deſideres, velut ultimam artificis manum. Nec quisquam indignari poteſt, ſe, ubi peccatur, id eſt, inter homines, natum eſſe. Joann. Barcl. *Icon. animor.*

cap. 2.

cap. 2. § Et quoniam. Germani etiam,ut omnes nationes,in hominum numero ſunt, & jure gentium omnium communi aliquam ſtultitiæ partem habent. Nicol. Buvvinckhauſ. apud Illuſtriſſ. Frideric. Achill. Duc. Wurtenb. *Conſultat. de Provinc. Europ. princip. Orat. pro German. 2. fol. 869. in pr.* Alius tamen alio melior eſt ac dignior, & excellit unus alium, vel unus multos, aut omnes alios, ſecundum id, quod potiſſimum eſt in homine ex parte animæ: hoc autem eſt ratio & intellectus. Engelbert. Abb. Admontenſ. *de Ortu & fine Rom. Imp. cap. 1. ſub fin.* Ut itaque melior & dignior inveniatur, utique perſcrutatione opus eſt: maximè verò diſcretione; quæ mater virtutum non immeritò inſcribitur *Clem Paſtoralis. 2. §. Verum. de Sentent. & re iudic. Fac. Novel. 6. cap. 1. in pr. Novel. 123. cap 1 in pr.*

(t) Ut docet gl. *can. Hadrianus 22. verb. per ſingulus. diſt. 63.* Fac. *l. Neceſſarium. 2. §. Noviſſime. 11. ibi: ut neceſſe eſſet &c. ff. de Orig. iur. can. In apibus 41. cauſ. 7. quæſt. 1.* Etiamſi Papa permittere conaretur, ut plures ſimul crearentur: uti contra Præpoſit. *ad can. Nunc autem. 7 diſt. 21.* rectè diſputat Joan. le Cirier Pariſ. *de Primogenit. lib. 1. quæſt. 7. n. 20. & ſeq.* Id namque impoſſibile eſt, hæreticumque tenere. Reſtaur. Caſtald. *de Imperat. quæſt. 69. per tot.* Mich. Ulcurrun. *de Regim. mundi par. 2. quæſt. 1. n. 15. & ſeqq.* Si verò diſcors electio plures producat, quis potior erit? Quid hac de re apud alios habeatur, ut invenimus, ita apponemus. Es ſind nicht alle Wahlen in Franckfurt geſchehen. Aber nach dem dieſer Ort ſonderlich dazu bequemet/ vnd etliche Kayſer daſelbſten erkohren/ iſt der alte Brauch auch beſtättigt worden/ das ſo offt zween König in zwietracht erwöhlet/ der eine ſich mit ſeinem Volck vor dieſe Statt gelegt / vnd ſeines Gegenparts anderthalb Monat lang erwartet hat. Welcher nun das Feldt behalten/ oder aber ſein Gegentheil auſſen blieben/ vnd alſo der eine nicht abgetrieben worden/ dem iſt als dann die Statt geöffnet/ vnd vor ein König gehalten. Ita ſcribit Wilhelm Dilich. Heſſiſch Chron. *Rubr.* Die drey Eyche *Edit. Caſſell. de ann. 1608 fol. 51. & ſeq.* Verum id ad ea tempora, quibus Electores plenarium jus nondum habuerunt, pertinere opinatur Chriſt. Beſold. *Politic. lib. 1. cap. 5. n. 40. v. 2.* Atqui opinio hæc vix procedere poterit, niſi

niſi dicamus Electores, per Carolinam ſanctionem, plenarium jus demum conſecutos eſſe: ceu probari poteſt exemplis, quæ citato loco refert, præmemoratus autor, & Marq. Freher. *Not. ad Petr. de Andlo lib 2. cap. 5. verb. Pag. 89. Donec per Papam.* Quid Papa tali caſu ſibi arroget, pateſcit ex *c. Venerabilem.* 34 §. *Quod autem. X. de Elect. & electi poteſt. gl. Clem. un. verb. Reges. de jurejur.* Quomodo autem fieri poſſit, ut plures ſimul per diſcordem electionem creentur, tradit Lup. Bebenb. *de Iurib. Regni & Imp. Rom. cap.* 12. §. *Ad hanc oppoſitionem.* Georg. Sigiſm. Seldus Bedencken an Kayſer Ferdinanden wie deß Bapſts Pii V. vnbilligem anmaſſen zu begegnen ſey, *fol. m.* 33. §. Ich doch ſo ferne.

(l) Germani à Garman patrio vocabulo, ut quidam volunt, denominati, non, niſi viri purpuram & ſceptrum revereri didicerunt. Aliàs populi reperiuntur, qui fœminas in honoris gradum tulerunt, nō illas quidem judicio & ſuffragio electas, ſed naſcendi ſorte oblatas. Nullus vero unquam, cum libera eſſent ſuffragia, & virorum quantulacunque copia, ſibi fœminas præfecit, ut poſt alios ſcribit Zachar. Fridenr. *Politic. cap.* 10. *Sexum quod attinet.* Et certè natura eò ducit ac ratio: cum in viro animus, corpus, vox, viſus, & omnia ſint robuſtiora, atque reverentiam creent; in fœmina verò omnia mollia & levia, quæ flectunt magis ad amorem: in illo autoritas & majeſtas; in iſtâ, timor & contemptus: in illo, prudentia & conſtantia; in iſtâ, argutiæ, & in decretis, ſenſibusque Euripus. Et quæ ſit injuſtitia, viros, quibus divino jure traditum eſt imperium, ſequiori ſexui parere? Quæ ſit iniquitas, fœminis jus poteſtatis & imperium denegari in familiâ privatâ:

(Inferior matrona ſuo ſit, Priſce, marito;
non aliter fuerint fœmina, virq; pares.)

& tamen in magnâ Reip. familiâ illis omnem & ſummam poteſtatem conferri: uti eleganter & verè dicendo diſſerit Illuſtriſſ. Joach. Erneſt. Heres Norvveg. &c. apud Illuſtriſſ. Frider. Achill. Duc. Würtenb. *Conſult. de Provinc. Europ. princip. Orat. pro Gall fol* 182. *lin.* 4. *& ſeqq.* Addatur Juſt. Lipſ. *Politic. lib.* 2. *cap.* 3. *per. tot.*

QVAEST.

An VIIvirûm parte majori penitus emanente, vel etiam, ante electionem abſolutam recedente, præſentes pauciores electionem nihilo minus inchoare & continuare queant?

Ab affirmantium partibus ſtare lubet, cum & illi à veritate; I. Quia id ſatis clarè probari poteſt textu A. B. *tit.* 1. §. *Princeps vero. juncto tit.* 4. §. *Cæterum verſ. Quibus omnibus.* II. Electio quidem impeditur, quando vocandi non ſunt vocati, ſecundum ea, quæ diximus *ſect.* 1. *poſit.* 1. *lit. g.* non etiam, quando vocati paaere recuſant. *c. Quod ſicut.* 28. §. *Si autem Miridienſis. X. de Elect. & elect. poteſt.* III. Quamvis Collegii conſtitutio tres ad minimum requirat, juxta *l. Neratius.* 85. *ff. de Verb. ſignific.* (cui non obloquuntur *l. un. in f. ff. de Offic. Conſul. l. Apud filiumfam.* 18. §. *pen. ff. de Manumiſſ. vind l. Collegarum.* 173. *in pr. ff. de Verb. ſignif* per ea quæ tradit Joan. Gödd. *ad d. l. Neratius.* 85. *n* 2.) Attamen jus omnium in unicum recidere, & in illo unico conſervari non nequit. *l. Sicut.* 7. *in f. ibi gl. verb. nomen univerſitatis. ff. Quod cuiusq. univerſ. nomine &c. c. Gratum.* 2. *ibi gl. verb. pauciores. X. de Poſtulat. Prælat. Clem. Ne Romani.* 2. §. *Porro. ibi gl. verb. omnes. de Elect. & electi poteſt.*

Hoc loco admonendum & tenendum eſt, quod Electores tardius, quam decebat, advenientes, ad electionem, in eo ſtatu, in quo ipſa adventus eorum tempore conſiſtit, admittantur. A. B. *tit.* 2. §. *Poſtquam autem.*

QVAEST. II.

An Principibus Electoribus alium etiam, quam Germanum, ad auguſtiſſimum Romano-Germanici Imperii clavum collocare, ſi libet, liceat?

Negant Germani, nec rationibus deſtituuntur: unde ſub eorundem vexillo & nos merebimus. I. Quia Imperialem dignitatem quam Carolus Magnus (Germanus & ipſe fuit. Joach. Cluten. *Syll. rer. quot. concl.* 4. *lit. f.* Chriſt. Lehman *Speyer. Chron.*

 lib. 2.

lib. 2. cap. 45. quamvis de nativitatis ſolo certi nihil habeatur, teſte Marq. Freher. *Not. ad Petr. de Andlo lib. 1. cap. 15. verb. Pag. 64. Villa Ingelnheim.* Germanorum ſanguini primum immiſcuit (& activè & paſſivè. *c. Venerabilem. 34. §. Verum ibi gl. verb In Germanos. X. de Elect. & electi poteſt.* Petr. de Andlo *de Imper. Rom. lib. 2. cap. 3. ibid. Marq. Freher. Not. verb. Translatum. &c.*) poſteri ſibi ita devinxerunt, ut hæc jam inter Imperii fundamentales ſit leges, *Ne quis exterus, & non Germanus in Imperatorem eligatur:* uti teſtatur Illuſtriſſ. Franciſc. Carol. Dux Saxoniæ &c. apud Illuſtriſſ. Frider. Achill. Ducem Würtenberg. *Conſultat. de Provinc. Europ. princip. Orat. pro German. 1. fol. 113. lin. 5. & ſeqq.* II. Permultum intereſt, cujatis & unde quis ſit, arg. *l. Quod ſi nolit. 31. §. Qui mancipia. 21. ibi Gothofr. lit. a. ff. de AEdilit. edicto &c.* adeò ut JCtis anſam dederit quærendi, An natio hominis infamata indicium ad torturam faciat nec ne? Henr. Bocer. *de Quæſtion. cap. 3. n* 81. Germani vero nobilitatis germen ſunt, juxta notationem gl. *c. 1. verb. Germanos. diſt. 54.* Ex Romanorum germine quaſi germinati. Magiſt. Jordan. *Chron. Qualit. Roman. Imp. in German. fuit translat. Rubr. Qui dicunt. German. Elector. lit. B.* De Germanicæ Nobilitatis excellentiâ & origine antiquiſſimâ agit Petr. de Andlo *de Imper. Rom. lib. 1. cap. 15.* Præterea Germanis Principum ac Comitum Domus ſunt illuſtriſſimæ & fœcundiſſimæ, ex quibus Imperator eligi poteſt: quas etiam prioribus ſeculis Auguſtos non pœnitendos dediſſe, Germanorum ephimerides indicant. Hieron. Gebvviler. *Libert. German. cap. 10. verſ. Sunt præterea.* III. Accedit tot ſeculorum obſervantia jugis, quæ in rebus non paucis nec vilibus exceſſum etiam mitigare ſolet ac poteſt. arg. *l. 1. §. fin. §. de Aqua & aquæ pluv. arcenda. c. Super. 26. §. Præterea. ibi gl. verb. non extat memoria X. de Verb. ſignif.* inſuper vim contractus, juſtæ cauſæ, tituli, privilegii & juris pleniſſimi obtinet. Theod. Reinking. *de Regim. Secul. & Eccleſ. lib. 1. cl. 4. cap. 16. n. 27.*

POSIT. III.

Deliberatione habitâ ad ſuffragationẽ devenitur. *(a)* Hic Archiepiſcopi Moguntinenſis partes ſunt, Coelectorum ſuorum vota ſingulariter inquirere, *(b)* ſuumq; ipſius

us reliquis ſcrutantibus etiam adaperire. (c) Dehinc vota ritè collecta, rectè conferuntur: (d) collata tandem publicantur, (e) electusq; cenſetur, quem Collegii pars major electum eſſe cupit. (f)

(a) Quem Imperio deſtinet hujus & illius animus, per ſuffragationem manifeſtatur. *c. Cumana* 50 §. *Cum decem. ibi gl. verb. contra formam. X. de Elect. & electi poteſt.* Tres Electionis formas, puta Scrutinii, Compromiſſi & Inſpirationis, Clericis uſitatas videre licet *c. Quia propter.* 42. *d. tit.* Quæ verò cujuslibet ſint requiſita, explanat. Angel. de Clavaſ. *Summ. caſ. conſcient. verb. Electio. n. 26. cum ſeqq.*

(b) Alter ſive alius hoc expedire non debet, der Ertzbiſchoff von Mayntz/vnd kein ander ſein MitChurfürſt/ſoll die Stimmen beſonderlich zu erſuchen / macht haben. A. B. *tit.* 4 §. *Cæterum. cum §§. ſeqq. verſ. germ.* §. Wann vnd wie offt. Jungatur Specul. Saxon. *lib. 3. art. 57.* Quomodo Electores, in ſuffragiis ferendis, ſinguli ex animi ſententiâ in publicum conſulere poſſint, ne percipiantur, votorumvè libertas ullo modo præpediatur, præſcribit Cardinal. Cuſan. *de Concordant. Cathol. lib. 3. cap. 37.*

(c) Conſortes ſui ipſum vice verſa requirent, Seine MitChurfürſten ſollen hinwider fragen/ das Er jhnen ſeinen willen vnd Stimme auch offenbare. A. B. *tit.* 4. *Quo facto. verſ. germ.* §. Darnach ſollen.

(d) Collatio numeri ad numerum inſtitui debet, ut ſciatur in quem pars major conſentiat: ſcilicet quando duo vel plures ſunt electi. Etenim, ſi unus tantum vota omnium abſtulit, collatio iſta haut erit neceſſaria.

(e) Bina publicatio plerunq; intervenire ſolet. Una, quæ in Conclavi; altera, quæ in totius populi conſpectu expeditur. Electus etiam ſi præſens eſt, in D. Bartholomæi templo extemplo ſpectandus ſiſti ſolet. Sed hæc talia omnium optimè ſciunt & docere queunt, qui ſolennibus iſtis interfuerunt, eaq; literis conſignata publici juris fecerunt. Cæterum, publicatio, quæ in Conclavi fit, ad electionis ſubſtantiam pertinere videtur, cum altera, quæ populo electum denunciat, potius de honeſtate adhibeatur: per ea, quę ſcribit poſt Bald. Franc. Marc. *Delph. deciſ. q. 1352. n 2. par. 1. per c. Quia propter. 42. & c. Publicat. 58. X. de Elect. & electi poteſt.* Papæ electio hoc

modo publicatur. Prior Diaconorum, apertâ Sacrarii feneſtrâ, per quam populus expectans videri poteſt, crucem proferens, altâ voce clamat: *Annuncio vobis gaudium magnum. Papam habemus. Reverendiſsimus Dominus Cardinalis N. in Pontificem Summum electus eſt, & nomen N. ſibi elegit.* Sim. Majol. *Dier. canicul. continuat. par. 2. colloq. 6. §. Alius modus eſt.*

(f) Ita Conſtitutus Conſtituentibus, fit major & ſuperior. Electioque talis perinde haberi debet, ac ſi foret ab ipſis omnibus, nemine diſcrepante, concorditer celebrata: Als ob die Wahl von jhnen allen (durch niemandts mißhellig) einmütiglich vollbracht worden ſey. A. B. *tit. 2. §. Poſtquam. verſ. germ. §.* Wann aber ſie. *fac. c. Quanto. 10. diſt. 63. c. Ab Apoſtolica. 12. ibi gl. verb. ab eccleſia. diſt. 56. c. Cum inter. 21. ibi gl. verb. et ſubſcriptam. X. de Elect. & electi poteſt.* Quomodo autem *Concorditer factum* dici queat, quod non ab omnibus, ſed à majori parte factum eſt, explicat Alexand. *conſ. 124. n. 2. lib. 2.* jungatur Theod. Reinking. *de Regim. Secul. & Eccleſ. lib. 1. cl. 3. cap. 5. n. 7. & ſeqq.* Non incommodè nec incongruè illud hoc loco etiam monetur, quod VIIviris integrum ſit, ex Collegio ſuo unum eligere, qui numerum ſuo ſuffragio juvare, partemque majorem conſtituere poteſt: Der Erwöhleter kan die anzahl der ſtimmen mehren / vnd den mehren theil ſetzen. A. B. *tit. 2. §. fin.* Tandem, cum Papæ aliquoties mentionem injecerimus, nunc quoque addere lubet, quod Pontifex ſalutetur & adoretur, quem Cardinalium, cujuſcunque ordinis, duæ partes elegerunt. Sim. Majol. *Dier. Canicul. contin. par. 2. colloq. 6. §. Cæterum conſueverunt.*

QVAEST. I.

An Principi Electori Coëlectorum ſuorum votis nondum auditis neque expectatis ilicò proſilire & ſeipſum eligere liceat?

Negantes firmioribus rationibus circumvallati eſſe videntur, quibus ſocium calamum porrigere haut diſplicet. I. Quia Carolinâ ſanctione ſolummodo conſtitutum reperitur, quod à tribus antè jam electus numerum ſuâ voce augere poſſit. A. B. *tit. 2. §. fin.* II. Cum Elector & Eligendus ſint correlativa, in eodem,

circa

circa idem, eodemque tempore concurrere, & ſimul ſubſiſtere non poſſunt: arg. *l. 1. in pr ff. de Rer. permutat. l. Granius. 71. in pr. ff. de Fidejuſſor. & mandat.* III. Papæ Joannis XXIV. exemplum idem docere poteſt. Ille Pontificis renunciandi jure potitus, ſe ipſum elegit. Verum à Baſilienſi Concilio de ſede eam ob cauſam fuit deturbatus: quemadmodum refert poſt Nicol. de Morbais Chriſtoph. Beſold. *Politic. lib. 1. cap. 5. n. 38. v. 2.* Nec injuriâ. Regiminis enim locus fugientibus offerri, deſiderantibus autem denegari debet, *can. In ſcripturis. 9. in pr. cauſ.* 8. *quæſt.* 1. cum hoc ambitionem redoleat: gl. *c. Cum in jure. 33. verb. ex ſe vel aliis. X. de Elect. & electi poteſt. fac. can. Didicimus. 31. ibi gl. verb. à ſe ipſo ortus. cauſ. 24. quæſt. 1. l. fin. ff. de Offic. Prætor. l. Prætor. 4. ff. de Tutorib. & curator. dat. ab his &c.*

QVAEST. II.

An Regis Romanorum electio, ad ſui eſſentiam requirat, ut ſuffragiorum ſanioritas juxtà ac majoritas (ita loquuntur) in conſiderationem trahatur?

Major autorum pars hactenus negatum ire voluit, &, noſtra quidem ſententiâ, jure optimo. I. Quia electionis tempore, nemo reperitur, qui, quænam vota ac ſuffragia ſaniora ſint & dici mereantur, definire aut pronunciare poſſit. Electores enim tunc omnino paris ſunt autoritatis, nec alter alterum præeminentiâ quâdam anteit: uti diximus *ſect. 1. poſit. 1. lit. c.* II. Sanctio Carolina non Sanioris, ſed Majoris partis vota tantum requirit. A. B. *tit. 2. § Poſtquam.* Imperatoris Ludovici Bavari Conſtitutio ſimiliter, ſaniorum votorum, ne verbo quidem, meminit, quæ legi poteſt apud Hieron. Balb Epiſcop, Gurcenſ. *de Coronat. Rubr. Ration. quib. convincit. ex ſola elect. aliq. fieri &c. fol. m. 39.* Chriſtoph. Lehman. Speyer. Chron. *lib. 7. cap.* 17. Theod. Reinking. *de Regim. Secul. & Eccleſ. lib. 1. cl. 2. cap. 3. n. 2. & ſeqq.* Quanquam id ſcribat Albert. Krantz. *Saxon. lib. 9. cap. 15.*

POSIT. IV.

Scrutinio jam publicato, *(a)* electus, electionis

de ſe factæ certior reddi, utq; eandem acceptet (b) rogari debet. (c) Acceptanti Electores Imperium mox committunt, (d) non tamen abſolutè, ſed reſtrictè, (e) additis aliquot pactionibus, (f) quarum capita (g) verbo corroborare ſolet. (h) Hoc ubi factum privilegia, Electoribus competentia, confirmare tenetur. (i) Id poſtquam abſolutum, Primarias preces elargiri, (k) aliaq; Imperialis licentiæ (l) negotia omnia ſtatim expedire poteſt. (m)

(a) Electores amplius variare non poſſunt, ſcrutinio publicato, ſecundum illa, quæ ſcribit Papa Gregorius IX. *c. Publicato. 58. ibi gl. verb. variare. X. de Elect. & elect: poteſt.*

(b) Acceptare eſt electionem de ſe factam & oblatam ratam habere atq; approbare. arg. *l. Quo enim. 12. in pr. ff. Rem rat. hab. & de ratihabit.* Approbare verò is quoq; dicitur, qui non manifeſte reprobat: cum tam expreſsè, quam tacitè conſentire queamus. *l. Qui tacet. 142. ibi Gothofr. lit. p. & Phil. Matth. n. 2. & ſeq. ff. de Regul. jur. c. Qui tacet. 42. cum ſeq. eod. in 6. Fac l. Sed quæ patris 12. in pr. ff. de Sponſal c. Si ſervus. 20 diſt. 54. c. Continebatur. 2. X. de His quæ fiunt à Prælat. &c.* Melch. Palaez. *de Majorat. par. 1. quæſt. 36. n. 6.* Hinc illa *Velle, Nolle, Non nolle.* VELLE propriè dicitur, qui ſciens non coactus, & expreſſim approbat. NOLLE verò, qui ſciens, nec coactus, expreſſim & palam refragatur. NON NOLLE is videtur, qui tacitè approbat, qui ſciens patitur, nec expreſſim fieri jubet. *l. Ejus eſt. 3. ibi Gothofr. lit. c. & Phil. Matth. n. 10. cum ſeqq. ff. de Regul. jur. l. 1. §. ſcientiam. 3. ibi Accurſ. verb. velle. & Gothofr. lit. q. ff. de Tributor. act.*

(c) Laudabilibus quippe eſt, ut Princeps ab Imperio ambiatur, quam ut id ipſe ambiat. Illud namq; virtus, hoc dominandi libido efficit. *Fac. can. Vos autem. 30. cauſ. 16. quæſt. 1.* Conferenda quæ diximus *proximè præced. poſit. quæſt. 1. rat. 3.* Hinc Epiſcopus, cui electio de ſe facta ſignificatur, tepidè, adinſtar fœminæ, diſſentire debet: Si ſequi placet conſilium gl. *can. In Scripturis. 9. verb. fugientibus. cauſ. 8. quæſt. 1.* Rebeccæ exemplo, quod habetur *c. Honorantur. 13. cauſ. 32. quæſt. 2.*

(d) Imperii Commiſſio, Electioni cohæret, & ſimul in illa expe-

expeditur, ut Relation. notiſſimum faciunt. Electio tamen magis perſonam, ad clavum collocandam, deſignat. Imperii Commiſſio autem perſonæ, jam deſignatæ, leges, juxta quas adminiſtratio dirigenda eſt, præſcribit. Utraque verò ad VIIvirale Collegium pertinet: cujus partes ſunt, non modo electionis negotium moderari & abſolvere, verùm etiam ipſummet electum, ex formulâ præſcriptâ, quam Capitulationem dicimus, Imperio univerſo obligare. Ut Electores Regibus rectè vel hinc comparentur. Petr. Heig. *Iur. Civil. & Saxon. quaſt. 4. n. 50. & ſeq. par. 1.*

(e) Pleraq; Regna hodiernis temporibus idem obſervare videmus, legimus, audimus. Valdè enim periculoſum eſt, Regem ita creare, ut nullis omnino legibus teneatur, ſed omnia nutu, arbitrioq; ſuo gerat: cum facilè fieri poſſit, ut imperium tale in tyrannidē degeneret. Ex Imperatoriâ fortunâ plurimi licentiā tantū uſurparunt. Ita de Andronico juniore ſcriptum reperitur, quod Imperatoriæ poteſtatis licentiam tantum ambiverit: habitum vero & ſollicitudines toto impetu à ſe repulerit. Niceph. Gregor. Hiſtor. *lib. 8. cap. 26.*

(f) Imperatori noſtro in omnes quidem eſt, ſed certa & caſtigata potentia; uti loquitur Joan. Barcl. *Icon. animor. cap 5. §. Igitur Imperatori.* Neq;, quod Septemviri in Imperatore deligendo agunt, antè ratum eſt, quàm Imperator cum iiſdem certo pactorum genere conveniat: ut homines noſtri intelligerent, ſe non in hominis cujusdam acerbioris, ſed patris, ejusq; perbenigni, poteſtatem pervenire. Jul. Pflug. *Orat. de Republ. German. ordin. verſ. Nec ante ratum. fol. m. 25.*

(g) Capita ſive articulos iſtarum pactionum lecturienti exhibet Joan. Sleidan. *Commentar. de Statu Religion. & Reipubl. ſub Carolo V. Caſ. lib. 1. Argent. edit. de anno M.D. LV. fol. 16. a. & ſeqq.* Melch. Goldaſt. *Polit. Imper. par. 12. in pr. &* Reichs Satzungen. *par. 1. fol.* 240. Hinc Capitulatio, quę omnium in ore eſt, nomē habet, & nihil eſt aliud, quā lex Regia vel Imperii, quâ regimentū populi in Imperatorē deſignatū transfertur, certis cōditionibus ſive capitulis. Bened. Carpz. *de Lege Reg. German. cap. 1. n. 7.* Ejus cunabula & originē inquirit idem *d. cap. 1. n.* 18. Loco non prorſus incōgruo hic annectimus, quod Cardinales etiam, antequam ad electionē deveniunt, quædā à Pontifice futuro cōfirmanda, cōmuni cōſenſu ſtatuere ſoleant: quę poſtea

ſinguli

ſinguli ſubſcribunt, & juramento confirmant, ſe obſervaturos, ſi ad Pontificatum aſſumpti fuerint. Simon. Majol. Epiſcop. Vultu-rar. *Dier. Canicul. Contin. par. 2. colloq. 6. §. Cæterum conſueverunt.*

(h) VERBO corroborat, hoc eſt, jurejurando *Nov. 17. cap 6* Didac. Covarruv. *ad c. Quamvis. ad pr. par. 1. n. 4. de Pact. in 6.* Quod Capitulat. verba hæc probant: Solches alles vnd jedes beſonder/ wie ob ſtehet/ haben wir obgedachter Römiſcher König/ den gedachten Churfürſten geredet/ verſprochen/ vnd bey vnſern Königlichen Ehren/ Würden vnd Worten/ im Namen der Warheit zugeſaget: Thun daſſelbe auch hiemit/ vnd in Krafft dieſes Brieffes/ Inmaſſen wir dann das mit einem leiblichen Ayde/ zu Gott vnd auff das heilige Evangelium ſchweren/ daſſelbe ſtehe/ feſt/ vnd vnverbrochen zu halten/ dem getrewlich nachzukommen/ dawider nicht zu ſein/ zu thun/ noch zu ſchaffen/ gethan zu werden/ in einigerley weiſe oder wege/ wie die möchten erdacht werden. Capitulat. Imp. Ferdin. II. mſs. §. *pen.* Hoc juramentum, *Secretum electionis* vocari, didicimus à Caſp. Ens *Summar. jur. rit. & alior. circa Impp. elect. ac coronat. cap. 5. § Peracto.* De tribus juramentorum generibus, quibus Majeſtas ſubditis ſuis obſtringi ſolet, videatur Henn. Arniſ. *de Iure Majeſtat. lib. 1. cap. 6. n. 3. & ſeqq.*

(i) Aurea Bulla iſthæc privilegia ſparſim hinc inde attingit. Quod vero confirmanda ſint, diſertè conſtitutum A.B. *tit. 2. §. Et quia de antiqua.* Porro, an hæc priwilegiorum confirmatio de neceſſitate intervenire debeat, ita ut ſi ab Imperatore ſucceſſore non fiat, privilegia amplius non valeant, Cæſarque ea convellere poſſit; examinat Bened. Carpzov. *de Lege Reg. Germ. cap. 3 n. 32.*

(k) Licet Imperatori, in omnibus Cathedralibus Eccleſiis & Monaſteriis, per Germaniam, præſentare Canonicum unum, quem Collegium recipere tenetur. Joach. Cluten. *Syll. rer. quot. concl. 19. lit. b.* Hoc jus *Primarias preces* vocitarunt inde, quod Imperatores Eccleſiaſtica beneficia promptè atque hilariter primò petentibus conceſſerint: uti docet poſt Abbat. Urſperg Tob. Paurmeiſt. *de Iuriſd. Imp. Rom. lib. 1. cap 4. n. 41.* Quis verò ejusdem juris effectus ſit, excutit idem *ibidem n. 55. & ſeqq.* Aliàs, CANONIÆ jura ſunt, Stallum in Choro, Vocem in Capitulo, & quotidianas portiones ſive diſtributiones habere. *c. Relatum. 9. c. Dilectus. 19. X. de Præbend. & dignitat.* Quando verò aliquis ad beneficium primò

vacaturum,

vacaturum, ſive, ut loqui ſolent, cum præbendæ expectatione, recipitur, anteà ſubindicatis non potitur, ſed præparatorio jure tantum gaudet. Franc. Marc. *Delphin. deciſ. quaſt.* 1045. *n.* 3. *& ſeqq. par.* 1. Hinc *Canonicus in herbis* dicitur. Greg. Tholoſan. *S.* 1. *V. lib.* 17. *cap.* 1. *n.* 4. Idem, *Supernumerarius*, quoque audire ſolet; quod Canonicorum, non etiam præbendarum, numerum augeat gl. *d. c. Dilectus.* 19. *verb. approbantes. fac. l. Vnicuiq.* 7. *C. de Proxim. ſacror. ſcrinior. &c. lib* 12. Sed, ad Primarias preces, regredimur, easque Imperatori jure optimo relinqui ſtatuimus. Imperatores enim, olim Papam ipſum, aut eligere, aut confirmare ſolebant. Clerici omnes, ſub Imperatorum manu & imperio, vivebant: cujus rei veſtigia non rara, in ipſo Canonico jure, interlucent. Hinc, Conceſſionem illam, de quà can. Hadrianus. 22. diſt. 63. agit, non ut privilegium aliquod, ex merâ Pontificis gratiâ & liberalitate profectum, ſed tanquam hominis, ultrò bonam fidem agnoſcentis, confeſſionem accipi debere, rectè docet Franc. Duaren. *de Sacris Eccleſ. miniſter. ac beneſic. lib.* 3. *cap.* 11.

(l) Sive, *poteſtatis:* hæc enim ſunt Synonima, uti docet Henr. Bocer. *de Idict. cap.* 1. *n.* 3. *per l. Imperium.* 3. *in fine. ff. de Iuriſdict.* addi poteſt *l. un. in fine. ff. de Offic. Præf. prætor.* Alias pro *facultate* tantum ſumitur *l.* 1. *in pr. ff. de Liberali cauſa. l. Sed quæ patris.* 12. §. *Tunc autem. ff. de Sponſalib.*

(m) Electio, Imperatoris & poteſtatem & privilegia, ei tribuit, ut ſubſequentia evidentius evincent. Dicimus, *& poteſtatem & privilegia*, ſiquidè diverſa hæc eſſe docet *l. Princeps.* 31. *ff. de LL.* Chriſt. Beſold. *Oeconom. Tit.* 3. *&* 4. *ff. lib.* 1. *n.* 7. §. *Licet verò.* Hinc etiam tam Regis Romanorum, quam Imperatoris titulum, Papà inſcio, ſtatim aſſumere & uſurpare poteſt. Georg. Sigiſm. Seld. Bedencken an Kayſer Ferdinanden/ wie deß Bapſts Pii V. vnbilligem anmaſſen zu begegnen ſey. *fol. m.* 56. §. Zum Neundten alsdann.

QVAEST. I.

An Majeſtas Imperatoria, per juramentum, quod ſervandarum pactionum gratiâ, interponere & deponere ſolet, obfuſcetur atque imminuatur?

 Haut

Haut mirum, quod aliqui id affirment, cum nulli vitio advocatus unquam defuerit. Nos, negativam veriorem eſſe cenſemus & exoſculamur. I. Quia Principis Majeſtatem minuere non poteſt divini nominis invocatio, ſive cultus religioſus, bono fine adhibitus, cum potius eandem, maximè deceat atq; exornet. Juramentum verò adorationis cultusque divini ſpecies quædam eſt, cum obteſtatione nominis divini. Matth. Weſenbecc. *Parat. ff. de Iureſur. n. 2.* II. Dicere quimus, quod verus ac perfectus Imperator non dum ſit, quando jurat: quia Imperium ei necdum eſt commiſſum: nec electio, plenum effectum prius ſortitur, quam jusjurandum adhiberi ſolitum, præſtetur: uti diximus *hac poſit. 4. lit. f.* III. Majeſtati, nocumento eſſe nequit, quod fidem per ſe firmam, arctius confirmet. Bened. Carpzov. *de L. Reg. German. cap. 1. n. 19.* Jungatur Theod. Reinking. *de Reg. Secul. & Eccleſ. lib. 1. cl. 3. cap. 9. n. 6. & ſeqq.*

QVAEST. II.

An Romano-Germanicus Princeps, Imperiales, Primariasvè preces, ex Pontificis Romani conceſſione atque indultu, habeat & elargiatur?

Veritati prorſus conſonum eſt, quod ſuo jure, & primordiali ſuperioritatis præeminentiâ eas ſibi vendicet. I. Quia Imperatores in Eccleſiaſticis dignitatibus auguſtiſſimum jus olim obtinuerunt, easq; in Clericos jure proprio contulerunt. Et quanquam Pontifices, ſucceſſu temporis illud, & plurima alia, ad ſuum molendinum traxerint: Imperatores tamen *Primarias preces*, tanquam certiſſimum, antiqui illius juris ſybolum, hactenus retinuerunt. Hoc neſcire non poſſunt, qui ſedulâ manu hiſtorias verſare voluerunt. II. Opinioni noſtræ fundamentum & patrocinium ſuppeditant illa, quæ ex diplomate duplici excerpſit Joach. Cluten. *Syll. rer. quotid. concl. 19. lit. b.* Addatur Tob. Paurmeiſt. *de Iurisdict. Imp. Rom. lib. 1. cap. 4. n. 41. & ſeqq.*

SECTIO

SECTIO III.

QVAE ELECTIONEM TRANSACTAM SVBSEQVI SOLEANT.

POSIT. I.

PRincipem Romano-Germanicum,*(a)* quem,ſine omni Pontificis interventu *(b)* VIIvirorum electio creavit, (c) Diadematis impoſitio, (d) Imperialiumvè infularum ſuſceptio (e) omnibus notum facit. *(f)* Atenim hodie non triplex, ut olim, ſed unica tantummodo adhibetur Coronatio,*(g)* quam Aquisgrani, (h) & quidem in Baſilica, *(i)* Archiepiſcopus Colonienſis, (k) Pallio Epiſcopali veſtitus, (l*)* expedire debet. (m) Legitimū tamē impedimētū loci mutationē ſuadere, vel potius urgere poteſt, (n) ut aliquoties factū fuiſſe cognovimus. (o)

(a) IMPERATOREM hîc intelligi, clareſcit ex §. *Sed & quod. 6. ibi Herm. Vult. n. 1. Inſtit. de I. N. G. & C. l. Princeps. 31. ff. de LL. Rubr. & l. 1. in pr. cum §§. ſeqq. ff. de Conſtitut. Princip.*

(b) Neq; Imperiū, Pontificis autoritate aut conſenſu quapiam in re, opus habet, quamvis ipſe id prætendere non dubitet.

(c) Quemadmodum Papa liberam adminiſtrationem per ſolam electionem adipiſcitur; quod ad ſuperiorem recurſus haberi nequeat: prout legitur *c. Licet. 6. §. fin. ibi gl. verb. recurſus. X. de Elect. & electi poteſt.* Ita Principi noſtro etiā omne jus, omnisq; poteſtas, quam auguſtiſſimam conſequitur, per ſolius electionis ſuffragia acquiritur *can. Legimus. 24. ibi gl. verb. Imperatorem. diſt. 93* Lup. Bebēburg. *de Iurib. Regni & Imp. Rom. cap. 5. cum. ſeqq.* Mich. Ulcurrun. *de Regim. mūdi par. 2. q. 1. n. 25.* Theod. Reinking. *de Regim. Secul. & Eccleſ. lib. 1. cl. 3. cap. 7. per tot.* Imo, quamvis ſuperior aliquis, qui electionē confirmare poſſet, reperiretur, plus tamen juris ei non largiretur. Confirmans enim novi juris nihil dare, ſed, quod jam antè competebat, conſervare ſolet. *l. Aurelianus. 28. §. Teſtamento. ff. de Liberat. leg. c. 1. in pr. ibi gl. verb. confirmationem. X. de Confirmat. utili vel inut. c. Quia intentionis. 29. ibi gl. verb. novum. X. de Privileg. & exceſſ.*

privilegiat. c. Quia diverſitatem. 5. §. Mandamus. ibi. gl. verb. forma communi. X. de conceſſ. præb. & eccleſ. non vacant. Laurent. Sylvan. *de Feudi recognit. quæſt.1.n. 2.* Andr. Gaill. *Pract. obſerv. lib. 2. obſ.1.n.3.* Deinde ponamus, Confirmantem aliquid etiam dare: attamen non dat principaliter, cum non ſit prima & immediata cauſa. Minus igitur id eſt, quod confirmatur, quam quod principaliter defertur: arg. eor. quæ tradit Dionyſ. Gothofr. *ad l. Et quia 6. lit. u. ff. de Iuriſdict.*

(d) DIADEMA Regum, CORONA etiam Magiſtratum gerentium, & privatorum civium inſigne eſt, honoris cauſâ, delata. Nec Regni tantum, ſed victoriæ quoq; ſignum atq; inſigne eſt eadem. Rudolph. Goclen. *Obſervat. lat. ling. verb. Corona. Francoſ. edit. fol. 220.* Videatur tamen hac de re ſimul Marq. Freher. *Not. ad Petr. de Andlo lib 2. cap. 6. verb. Imperiale diadema.* De Coronarum generibus variis legi poteſt Caroli Paſchali *Coronarũ Opus* decem libris diſtinctum, quibus res coronaria omnis, è priſcorum monumentis eruta & collecta, continetur.

(e) Id eſt, *Coronatio,* juxta *l. fin in f. ibi Accurſ. verb. inſulas. C. de Quadr. præſcript.* De Magiſtratibus idem vocabulum ſæpè uſurpatum reperitur: *l. un. in pr. ibi Gothofr. lit. s. C. Vt omn. judic. tam civil. quam militar. poſt adminiſtrat. &c. l. 1. in pr. C. de Temporib. & reparation. appellat. l. fin. in pr. verſ. Si quis igitur. C. de Decurion. & fil. eor. &c. lib. 10.*

(f) CORONATIO enim nihil eſt aliud, quam cumulus externarum ceremoniarum, quibus publicè probatur, eum, qui coronatur, legitimo modo electum, & pro ſuperiori recognoſcendũ eſſe. Hinc Legum Interpretes uno ſimul ore, parique conſenſu ſtatuunt, illa, quæ ad coronationem attinent, magis honoris & officii causâ, quam vel neceſſariò fieri, vel, quod ex actio[illegible] hac, coronato quicquam accedat. Breviter, ad Imperatoris ſubſtantiam, ſola electio (uti jam antè diximus) pertinet, ad ſolennitatem reliqua. Hieron. Balb. Epiſcop. Gurcenſ. *de Coronat. Rubr. Ration. efficaciſſ. quib. convincit. ex coronat. &c. fol. 41. & ſeq.* Et Cetas communiter quoq; ita tenere, teſtatur Joann. de Cirier Pariſ. *de Primogenit. lib. 1. quæſt 12. n. 9.* Interim autem minimè inficiamur, Coronationem, Regem ac Imperatorem arguere. Verùm, non à priori, ſed ſaltem à poſteriori talem arguit. Rex enim nemo eſt, quia

quia coronatur; verùm, quia Rex eſt, ideo coronatur. Henn. Arniſ. *de Iure Majeſtat. lib. 1. cap. 6. n. 7.* Jungatur Guiliel. de Monſerr. Catalan. *de Succeſſ. Reg. Dub. 1. n. 22.*

(g) Olim Imperatores Germanicâ, Lombardicâ, & Romanâ, atque ita triplici coronâ ſe redimiri ac ornari fecerunt, Unde hi verſiculi nati ſunt:

FERREA Romani geſtant diademata Reges,
Eſt ARGENTEA poſt hæc his oblata corona,
Hinc AURUM Capiti fulvum datur Imperiali.

Videri de illis poſſunt *Clem. un. §. Porro. ibi gl. verb. veſtigiis. de de Iurejur.* Specul. Saxon *lib. 3. art. 57. ibi gl. germ. verb.* Jn deß Kayſers Wahl *&c.* Onuphr. Panvin. *de Comit. Imperat. cap. 11. per tot.* Petr. de Andlo *de Imper. Rom. lib. 2. cap. 6.* Marq. Freher. *Not. ibid. verb. Vt habetur in pontificali. cum ſeqq.* Papa Romanus, Chriſti Vicarius (ſi verum eſt, quod Innocent. III. ſcribit. *c. Inter corporalia. 2. in pr. ibi: quem conſtat eſſe &c. X. de Translat. Epiſcop.*) adhuc hodiè diademate triplici: non, ut Imperatores olim, ſucceſſive; ſed ſimul, continuo actu, coronatur. Id verò, in ſignum, quod Eccleſia, cujus Chriſtus Caput eſt, Diabolum, carnem & mundum vicerit; fieri tradit Gotſchalc. Holden Ord. Fr. Eremit. S. Franc. *Sermon. dominical. hyemal. temp. Serm. 61. lit. A. verſ. Tertio deſcribit.* En! illationis genus, per omnia ſimile illi, quo Papa Innocent. III. probare annititur, Conjugalis copulæ prohibitionem, quartum conſanguinitatis & affinitatis gradum excedere non debere. *c. Non debet. 8. § Prohibitio. X. de Conſanguin. & affinit.* Qui, Papalis electionis, nec non conſecrationis proceſſum integrum plenè cognoſcere avet, habet, ex quo diſcere poteſt, Simon. Majol. Epiſcop. Vulturar. *Dier. Canicul. cont. par. 2, colloq. 6. in pr.*

(h) Per textũ A. B. *tit. 28. §. Invenimus.* Quod Carolus I. illud mandaverit, ut vult Petr. de Andlo *de Imper. Rom. lib. 2. cap. 6.* vel quod idem creber ibi manſerit, atq; tumulatus noviſſimam ibi tubam expectet: ut ſcribit Alb. Kranz. *Saxon. lib. 8. cap. 21.* Imperatorum tamen nonnulli, coronationis feſtivitatem, dicto in loco exerceri ſolitam, etiam neglexerunt & omiſerunt, ceu refert Tob. Pautmeiſt. *de Iurisdict. Imp. Rom. lib. 2. cap. 4. n. 3.*

(i) Apud Deum, hoc eſt, in Æde ſacrâ, quam Eccleſiam vocamus. Diadema enim, ſummi culminis notam, ab uno Deo,

ſed manu hominis, id eſt, miniſterio illius, qui ipſi pro mini ſtro eſt, accipit. Carol. Paſchal. *Coronar. lib.* 10. *cap.* 7. *in pr.* Ita Electio quoque in loco ſacro expediri debet. A. B. *tit.* 2. *in pr.* & diximus *ſect.* 2. *poſit.* 1. *lit. c.*

(*k*) Teſtis eſt A. B. *tit.* 4. §. *Primo quidem. verſ. Secundo.* Hinc ita canit Poeta Gunther. *Ligur. lib.* 6. *Sub fin.*

Paſtori prima recentis
Agrippina tuo conceditur unctio Regis.

Archipræſulem Moguntinum prærogativa iſthac antiquitus gaviſum fuiſſe, deducit Gerl. Buxtorf. *Diſſertat. Aur. Bull. concl.* 47. *per tot.*

(*l*) Alias non. Nec Archiepiſcopum quis ſe prius appellare, multo minus, quæ Epiſcopalis ordinis ſunt, exercere debet, quam Pallium, in quo Pontificalis officii plenitudo, cum Archiepiſcopalis nominis appellatione confertur, ſuſcepit. *c. Niſi ſpecialis.* 3. *X. de Autorit. & uſu pall. c. Quod ſicut.* 28. §. *Super eo. verſ. Præterea. ibi gl. verb. Sine pallio. X. de Elect. & electi poteſt.* Sub quâ verborum formâ Pallium hoc alicui tradatur, docet gl. *c. Ad honorem Dei.* 4. *verb. ad honorem. X. de Autorit. & uſu pall.* Eam ob cauſam Friderico Vedano Comite, in Gebhardi Colonienſis Archiepiſcopi, paulò antè denati, locum electo, Pallium verò nondum habente, Daniel Archipræſul Moguntinus Imp. Maximiliano II. coronam impoſuit. Gothard. Arthuſ. *Mercur. Gallo-Belg. Sleid. ſuccentur. to.* 1. *lib.* 2. *ad ann.* 1562. *fol.* 215. Addatur Gerl. Buxtorf. *Diſſert. Aur. Bull. concl.* 48. *per tot.* In Electione res ſecus ſe habet, ut diximus *Sect.* 1. *poſit.* 1. *lit. f.*

(*m*) Dei, atq; totius populi nomine. Regium enim inſigne Regis capiti, non, niſi ab eo, imponi debet, cujus eſt Regnum dare, Regivè creato autoritatem ſuam accommodare: aut certè ab eo, cui à Republ. universâ id muneris datum eſt. Carol. Paſchal. *Axiom. politic. ex Taciti annal. lib.* 2. *verb. Inſigne.* Coincidunt quæ dicta ſunt *hac poſit. lit. i.*

(*n*) Bellum, Peſtis, aut alia gravis cauſa, A. B. *tit.* 28. §. *Invenimus. verſ. Quapropter.* Quamvis enim locus à lege deſignatus temerè mutari non debeat arg. *l. Minimè.* 23. *ff. de LL. l. In rebus.* 2. *ff. de Conſtitut. Princip. c. Cum dilectus.* 8. §. *Dictus vero. X. de Conſuetud. Juncto d.* §. *Invenimus.* Attamen neceſſitas, lege carens, quod regulari-

gulariter licitum non eſt, licitum facere poteſt. *c. Si nulla. 15. cauſ. 23. quæſt. 3. c. Quod non eſt. 4. ibi gl. verb. neceſſitas. X. de Regul. Jur.*

(o) Hiſtoricos lecturiens exempla paſſim habebit obvia; Ita Imp. Ferdinandus I. Francofurti coronatus fuit. Gothard. Arthuſ. *Mercur. Gallo-Belg. Sleid. ſuccent. to. 1. lib. 2. ad ann. 1562. fol. 215.* Imp. Rudolphus II. Ratisbonæ electus & inauguratus fuit: Idem *to. 2. lib. 3. ad ann. 1575. fol. 445.*

QVAEST. I.

An Princeps, quem Electorale Collegium Imperatorem eſſe voluit, ante Romani Pontificis approbationē & confirmationem Imperii jura adminiſtrare queat?

Maximè poteſt, & contrarium ſtatuentes Imperatoris Majeſtatem lædere videntur, quales tamen dantur. I. Quia die Wahl gibt ihm das Reich und Kayſerthumb / ob ihn gleich der Bapſt nimmer beſtättiget Specul. Saxon. *lib. 2. art. 52. ibi gl. germ: verb.* Wann Er dann geweihet wird. Und würde müſſen der Boden brechen/ ehe man dem Römiſchen Stul hierinnen weichen könte. Georg. Sigiſm. Seldus Bedencken an Kayſer Ferdinanden/wie deß Bapſts Pii V. unbilligem anmaſſen zu begegnen ſey. *fol. m. 35. §.* Zum zwey und zwantzigſten. Repetantur & referantur etiam huc, quæ diximus *hac poſit. 1. lit. c. & f.* II. Imperatores ipſi fatentur, quod per Electores ad Regii Romani nominis dignitatem & poteſtatem promoveantur. Compactat. Imp. Rudolphi II. *in pr.* apud Melch. Goldaſt. *Politic. Imper. par. 12. tr. 1.* Das ſie durch die Churfürſten zu Römiſchen Königs Namen und Gewalt erhaben / erhöhet und geſetzet werden. Capitulat. Imp. Ferdinandi II. mſs. *in pr.* III. Plurimi Impp. Papalem coronationem nunquam poſtularunt, oblatam quoq; rejecerunt. Rudolphus I. Principibus ad Italicum iter hortantibus, imperatoriè reſpondit: *Multos Alemannorum Reges Italia conſumpſit. Romam non ibo. Rex ſum: Imperator ſum: nec minus pro Reip. utilitate me acturum confido, quam ſi Romæ coronatus fuiſſem.* Martin. Cruſ. *Annal. Suevic. lib. 3. par. 3. cap. 1. §. Anno 1575. facta.* Qualiter Pontifices, Imperatoris Electi benedictionem, pedetentim in confirmationem, mirâ metamorphorſi, transformare, eamque ſibi arrogare feliciter tentaverint:

rint; percipere licet ex illis, quæ poſteritati reliquerunt Marſil. Patavin. *Defenſ. Pac. par. 2. cap. 26.* Georg. Sigiſm. Seld. alleg. Bedencken *&c. fol. m. 36.* §. Zum vier und zwanzigſten. *& ſeqq.*

QVAEST. II.

An Romano-Germanicum Imperium Apoſtolicæ Sedis feudum ſit, ut imperator Pontifici exinde fidelitatis juramentum præſtare teneatur?

Pontificum & Cctarum non pauci id aſſerere non erubuerunt: at firmioribus fundamentis innituntur, qui ſe illis oppoſuerunt. I. Quia, Imperialis Majeſtas, quâ nihil, in terris, majus, nihil ſanctius. *l. fin. in pr. C. de LL.* Uni Numini dignitatem ſuam fert acceptam, *l. 1. in pr. C. de V. I. E.* R. A. Augſpurg. anno 1548. *in pr. ibi:* Dazu wir vom Allmächtigen Gott beruffen ſein. Imperium à ſolo Deo, conſpirante eligentium conſenſu, venit; Das Kayſerthumb hat ſeinen urſprung/ohne mittel von Gott/ und wird/ durch mittel der Churfürſten/ einem befohlen/ ſcribit & probat Georg. Sigiſm. Seldus Bedencken an Kayſer Ferdinanden wie deß Bapſts Pii V. unbilligem anmaſſen zu begegnen ſey. *fol. m. 41.* §. Bey den andern Hauptpunct. *& ſeqq.* Lup. Bebenb. *de Iurib. Regni & Imp. Rom. cap. 9. per tot.* Nullum itaq; beneficium, cujus intuitu fidelitas juretur, adeſt. Chriſt. Beſold. *Politic. lib. 1. cap. 2. n. 21. v. 1.* II. Imperator feudum ligium alteri concedere poteſt. gl. *Clem. Paſtoralis. 2. §. Quod ſi punitio. verb. homoq. ligius. de Sent. & re judic.* Quod utiq; non poſſet, ſi alterius vaſallus foret. *c. un. §. Satis benè. 2. FF. 52. c. un. in pr. ibi Gothofr. lit. a. 2. FF. 99.* Herm. Vult *de Feud. lib. 1. cap. 8. n. 22.* III. Pro nobis, cum aliquot comportatis rationibus, pugnat. Henr. Bocer. *de Qualit. & differ. feudor. cap. 2. n. 8.* Jungatur Joach. Cluten. *Syll. rer. quotid. concl. 4. per tot.* Chriſt. Beſold. *Politic. d. cap. 2. n. 20. & ſeqq.*

POSIT. II.

Eſſentiales Coronationis partes ſunt Unctio, (a) Inſignium traditio, (b) Iuramentiq; præſtatio (c) Accidentariè vero illis accedunt pompa, quâ coronandus domo in templum deducitur, & coronatus ex templo domum

redu-

reducitur (b) Militum creatio (c) Convivia opiparè apparata (f) fauſtæ acclamationes (g) res miſſiles (h) nec non ſexcenta alia. (i)

(a) Unde Unctio originem ſumpſerit, & quid operetur, explicat Petr. de Andlo *de Imper. Rom. lib. 2. cap. 6.* Jungatur Hieron. Balb. *de Coronat. Rubr. Ration. efficaciſſ. quib. convincit. ex coronat. &c. ſub. fin. fol.* 42. Eam neceſſariam non eſſe, demonſtrat Joch. Cluten. *Faſc. iniquit. Pontif. jur. Err. 28. per tot.*

(b) Quibus Imperator ceu ſecretioribus quibuſdam fiſci regalis clinodiis inveſtitur, & quaſi in poſſeſſionem mittitur, *arg. §. Item ſi quis.* 44. *Inſtit. de Rer. diviſ. l. Clavibus.* 74. *ff. de Contrah. empt. c. un. in pr. 2. FF. 2.* Alias, *Regalia*, Königliche Zier/ vocantur, & Noribergæ hodie aſſervari dicuntur. Quænam & quot ſint, habetur apud Matt. Cruſ. *Annal. Suevic. par. 2. lib. 5. cap. 7. ſub fin.* Onuphr. Panphin. *de Comit. Imperat. cap.* 8. *in fine.* Quænam eorum ſit ſignificatio, enodant Specul. Saxon *gl. germ. lib. 3. art. 6. verb.* der Kayſer leihet allen *&c.* Petr. de Andlo & Marq. Freher. *Not. de Imper. Rom. lib. 2. cap. 6. &* 8. Quibus jungi poſſunt, quæ ex Fr. Jacob. de Caſall. annotavit Illuſtriſs. Guſtav. Selen. Schachſpiel *lib* 1. *cap. 5. ſub fin.* Per quos verò in proceſſione portari debeant, definitum reperitur A. B. *tit. 22. per tot.*

(c) Imperator duplex juramentum præſtare ſolet: Unum ad Archiepiſcôpi Colonienſis ſtipulationem, ſtatim in initio: Alterum, coronatione jam peractâ. Relationes, quæ omnium manibus teruntur, hæc & ſimilia docent. Qui Regiæ inaugurationis actum, cum omnibus ritibus, formulis & ceremoniis adhiberi ſolitis, cognoſcere deſiderat, legere poteſt Hiſtoriolam Electionis Maximiliani I. in Regem Roman. Friderico III. Imp. adhuc vivo Francofurti, & Coronationis Aquiſgrani anno 1486. factarum; quam recudi fecit Marq. Freher. *Germ. rer. ſcript. tom. 2. fol.* 30. *& ſeqq.* D. Matthiæ, quam conſcripſit & deſcripſit Goth. Arthuſ. apud Melch. Goldaſt. *Politic. Imper. par. 1. fol.* 170. *& ſeqq.* Ferdinandi II. Imperatoris moderni glorioſiſſimi, quam habet Ioan. Frider. Mateneſ. *de Imp. Ferdin. II. Parent. elect. & coronat. lib. 3. per tot.* Qualis Byzantinorum Cæſarum coronationis proceſſus apud Conſtantinopolin fuerit, compendiosè enarrat Marq. Freher. *Not. ad Petr. de Andlo lib. 2. cap. 6. verb. ubi manere conſuevit.*

F Neque

(b) Neque enim ſolus incedit, ſed magnâ ſtipante catervâ, ut jam diximus *Sect. 2. poſit. 1. lit. c.*

(e) Quos *Equites auratos* nunc vocamus, *Milites* appellat Petr. de Andlo *de Imper. Rom. lib. cap. 6. ſub fin.* Militari enim gladio accinguntur, ſie werden zu Rittern geſchlagen / Mart. Cruſ. *Annul. Suevic. par. 3. lib. 2. cap. 10. ſub fin.* Quæ Germanica phraſis ſine dubio inde eſt, quod Imperator, qui tunc eſt, Caroli Magni gladio eos ſuper ſcapulos aut dorſum percutiat. Marq. Freher. *Not. ad Petr. de Andlo d. cap. 6. verb. creare milites.* Imp. Ferdinandus II. inter coronationis ſolennia tales duodecim creavit. Ioan. Frider. Matenef. *d. lib. 3. §. Poſt peractum. fol. 111.*

(f) Regium epulum quod Maximilianus II. Francofurti, & Carolus V. tum Aquiſgrani tum Bononiæ inſtituerunt, deſcribit Caſpar. Ens *Summar. rit. elect. Reg. Rom. cap. 6. & ſeq.* Sim. Majol. *Dier. Canicular. contin. par. 2. colloq. 5.* Quod Imp. Ferdinandus II. exbuit, deſcriptum habet Joan. Frider. Matenef. *d. tr. lib. 2.* Convivii Pontificalis formam & modum exactiſſimè deſcribit & recitat Sacrar. Ceremon. ſive Rituum Eccleſiaſt. Sacræ Rom. Eccleſ. *lib. 1. Sect. 3. cap. 1.*

(g) Eraſmus Roterodam. ſapienter hac in parte monet, ut Princeps, cum panegyricos audit, ne protinus credat, aut laudibus ſuis faveat: ſed ſi talis nondum eſt, qualis prædicatur, admoneri ſe cogitet, detque operam, ut iis laudibus aliquando reſpondeat: ſi verò talis jam eſt, anniti debet, ut ſe ipſo melior evadat. De variis acclamationum formulis videri queunt Petr. Faber *Semeſtr. lib. 1. cap. 14.* Juſt. Lipſ. *Elect. lib. 2. cap. 10.* Imperatori Karolo Magno acclamatum fuit hoc modo: *Karolo Auguſto à Deo coronato, Magno & Pacifico Vita & Victoria:* In quibus verbis referendis Francorum annales, Hiſtoriciq; antiquiores calamo prorſus pari & æquali utuntur, teſte Chriſt. Lehman *Speyer. Chron. lib. 2. cap. 40. ſub fin.* Formula hodie uſitatiſſima eſt talis: Vivat, Vivat Rex, Glück dem Könige. *1. Reg. 1. v. 34. & 39.* Imp. Ferdinandus II. eâdem exceptus fuit. Joan. Frid. Matenef. *d. tr. lib. 2. fol. 86. in pr. & lib. 3. §. Vivat. fol. 117.* Tales Acclamationes ſive Laudationes (ita etiam vocabantur) electionis & approbationis loco olim fuiſſe annotat Marq. Freher. *Not. ad Lup. Bebenb. de Iurib. Regni & Imp. Rom. cap. 12. verb. Potius a populo Romano.*

(h) Quas

(h) Quas in Pontificis inauguratione etiam projici ac ſpargi, ſe vidiſſe teſtatur Accurſ. *ad §. Hoc autem. 45. verb. miſſilia. Inſtit. de Rer. diviſ.*

(i) Ad palum exercitatio: Ad circulum decurſio: Choreæ, Haſtiludia, aliaque quàm plurima, quæ facilius interdum excogitantur, effinguntur & in theatrum producuntur, quam poſtea obſervantur atque annotantur. Olim Imperatori jam electo vel coronato monumentorum ædificatores ſoliti fuerunt aſportare quatuor genera lapidum, dicentes: *De quali lapide jubet Imperium tuum fieri monumentum?* Gotſchalc. Holden. Fr. Eremit. S. Franc. *de Dedicat. Eccleſ. Serm. 3. lit. E. §. Primo Epiſcopus. verſ. Sic legitur.* Quâ interrogatione hæc eidem inſinuarunt: *cum ſis homo corruptibilis & tranſitorius, curam habeto tui ipſius, & piè regnum diſpone.* Marq. Freher. *Not. ad Petr. de Andlo de Imper. Rom. lib 2 cap 17. verb ut homo.* Non planè abſimili ritu, quàm; quo veteres Romani triumfantibus infimæ conditionis hominem adjungere ſolebant, qui eodem curru vectus identidem ingeminaret: *Homo es· Hominem te eſſe memineris.* In Papæ coronatione ſimile quid occurrit. Quidam enim miniſter, ejus anteambulo, duas arundines, ſuper quarum alterâ ſtuppa, ſuper alterâ verò ardens candela eſt, portat. Deinde Papâ Capellam S. Gregorii exeunte, Ceremoniarius ignem ſtuppæ immittit, eumque flexo poplite his verbis affatur: *Sancte Pater, ſic tranſit gloria mundi.* Hoc ter facit, diſtincto æquali ſpatio, antequam ad Capellæ portam perveniunt. Dehinc procedunt per S. Gregorii Capellæ navim; quo in loco Romanorum Pontificum ſepulchra conſpiciuntur, ut in ſummâ exultatione atque lætitiâ etiam mortis recordetur. Simon. Majol. Epiſcop. Vulturar. *Dier. canicul. contin. par. 2. colloq. 6. §. Nuda ſane electio.* Et ultimum hoc magis neceſſarium eſſe videtur, quod Pontifices brevem vitam vivere ſcribat Joann. Borcholt. *Conſuet. feud. cap. 5. n. 3.*

QVAEST. I.

An Imperatoris Coronatio & Inauguratio homini ſceleribus, quæ divina Lex capitalia eſſe voluit, contaminato, impunitatem & liberationem impetrare queat?

Veriſſimis rationibus & argumentis communiti ſunt, qui negant, illosque pede non renuente ſequemur. I. Quia Imperatoris juriſdictio & poteſtas hic deficit. Siquidem Majeſtas humana Majeſtati divinæ imperare nequaquam poteſt, ſed eidem parere & miniſtrare cogitur. *l. 1. in pr. verſ. Quo ergo Sermone. C. de Offic. Praef. Prat. Africa &c. Auth. Habita. §. Dignum. ibi: & ad obediendum Deo &c. C. Ne fil pro patre &c.* Deus gladio eam accinctam eſſe voluit, ut malos, queîs pinguior victima ipſi mactari non poteſt, è medio tollat *Roman. 13. v. 4. & ſeq.* etiamſi, ſalutis ergò, ad altare confugiant. *Exodi 21. v. 14. Deuteron. 19. v. 11. & ſeqq. 1. Reg 2. v. 28. & ſeqq.* Secus ubi facit, coram Deo eſt abominabilis *Proverb. 17. v. 15.* Quod Saul, à Deo electus & rejectus, exemplo ſuo probat. *1. Samuel. 15. v. 18. & ſeqq.* II. Relatione ad Deum factâ, Princeps Majeſtatem non habet, ſed Magiſtratus ſolummodo eſt; Imò precariò tantum imperat, & ſingulis momentis removeri poteſt, arg. *l. 1. in pr. ff. de Precar.* III. Divinâ diſpenſatione opus eſt, ut leges divinæ prætereantur, & omittantur. Alexand. Carer. *de Sponſal. & matrim. lib. 5. cap. 10.* IV. Nemo facere poteſt, quod juſtè fieri non poteſt. Etenim POTEST, non nudi facti, ſed etiam juris potentiam denotat & includit. *l. Filius. 15. ff. de Condition. inſtitut. can. Faciat. 15. ibi gl. verb. quod poteſt. cauſ. 22. quaeſt. 2.*

QVAEST. II.

An Princeps ſive Majeſtas etiam Magiſtratus ſit, & rectè appelletur, quando cum Politicis ſentiendum & propriè loquendum eſt?

Cum inter utrumque maxima ſit differentia, negativæ patrocinium ſuſcipere compellimur. I. Quia MAIESTAS, Deum ſolummodo: MAGISTRATUS verò, Majeſtatem etiam, ſuperiorem recognoſcit. MAIESTAS eſt ſumma, perpetua, legibusque ſoluta poteſtas, in perſonas, & res ſuæ ditionis competens. Ioann. Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 8. in pr.* MAGISTRATUS eſt poteſtas, certis limitibus & modo circumſcripta, à Majeſtate ad Rempubl. regendam, vel jus privatis dicendum conſtituta. Matth. Bort. *de Nat. Iur. Majeſt. cap. 3. n. 22. & ſeqq.* Jungi poſſunt, quæ tradit Henn. Arniſ *de Iure Majeſtat. lib. 2. cap. 4. n. 9. & ſeqq.* II. Cum Majeſtas Magiſtratuum omnium principium ſit & fundamentum;

Magi-

Magiſtratus etiam eſſe, & dignitatis gradum conſtituere non debet. Ita ſtipes, à quo gradus conſanguinitatis deſcendunt, gradus non eſt. Unitas quoque, quæ numeri principium eſt, pro numero non habetur. Chriſtoph. Beſold. *Synops. doctr. polit. lib. 1. cap. 2. n. 10. & ſeqq.* Idem *Politic. lib. 1. cap. 2. n 29. & cap. 7. n. 4.* III. Quadrare huc videtur, quod Pontifex, Clericorum in numero non ponatur, ſed Sacerdotum Princeps vocetur, quaſi via ſequentium. *c. 1. §. Pontifex. diſt. 21.*

POSIT. III.

Præcedentibus annecti poteſt Imperialis Curiæ ſolennitas, (*a*) in cujus celebratione Electores omnes (*b*) & ſinguli, ſingulis muniis defungi tenentur. Eccleſiaſtici quidem immediatè: (*c*) Politici verò, vel immediatè, vel mediatè. (*d*) Expeditio Romana, quam noſtrates **Römer-Zug** indigitare conſueverunt, quæque olim in uſu fuit, huc etiam referri poteſt. (*e*)

(*a*) Regis Romanorum Electio Francofurti, Coronatio Aquiſgrani, Curia Imperialis prima Norimbergæ inſtitui ac peragi debent. A. B. *tit. 28. §. Invenimus.* Curiam Imperialem in Cæſareæ altæ magnitudinis oſtenſionem celebrari, ſcribit Petr. de Andlo *de Imper. Rom. lib. 2. cap. 15. in pr.*

(*b*) Quo ordine & modo Electores Imperatorem in Curiæ ſolennis celebratione, wann man einen Kayſerlichen Hoff begehet/ comitari debeant, præſcribitur A. B. *tit. 26. per tot.* Qualiter illi ipſi tunc temporis officia ſua obire & peragere teneantur, definitur A. B. *tit. 4. §. fin. & tit. 27. §. Primo enim cum §§. ſeqq.* Qua ratione Auguſti, Auguſtæ & Electorum menſæ, eo tempore, diſponendæ atque ponendæ ſint, præterea, quando Electoribus, menſis ſibi paratis, accumbere liceat, determinatur A. B. *tit. 28. in pr. & §§. ſeqq.*

(*c*) Vicarios in hoc munere non habent. Quare, ſi quandoque, quod ſæpè & facilè evenire poteſt, unus vel alter abeſt, præſens officiorum expeditione oneratur. A. B. *tit. 28. § Ingreſſo vero.*

(*d*) Quia Subofficiarios ſive Vicarios ſuos habent, quos Reichs-Erb-Amptmänner vocat Chriſt. Lehman *Spirens. Chron. lib. 7.*

 cap.

cap. 127. §. *Wo aber auß &c.* Habent autem Subofficiarios, Bohemus, Pincernam de Limpurg; Palatinus, Dapiferum de Walpurg; Brandeburgicus, Comitem de Hohenzollern (olim Dominus de Falckenſtein illius, & Dominus de Nortenberg hujus Vicarius fuit. A. B. *tit.* 28. §. *ſicut cum* § *ſeq.* Petr. de Andlo *de Imper. Rom. lib.* 2. *cap.* 15.) Saxo, Baronem de Pappenheim. Marq. Freher. *Not. ad Petr. de Andlo alleg. cap.* 15. *verb. Subcamerarius.* Jungatur Joach. Cluten. *Syll. rer. quot. concl.* 24. *lit.* O. Hi, quia minorem, quam Electores, poteſtatem obtinent, illisque obedire neceſſe habent, Subpincerna, Subdapifer, Submareſchalcus, Subcamerarius non abſurdè appellari queunt, arg. *l. Ex facto.* 31. *ibi gl. verb. corrupiſſe. ff. de Negot. geſt.*

(c) Hujus Expeditionis frequentiſſima mentio in hiſtoriis occurrit. Imperatoris Caroli III. ſpecialis etiam, de eâdem conſtitutio, Wormatiæ promulgata extat, quam Marq. Freher. Commentario illuſtratam, paucos ante annos typis evulgavit. Videri etiam poſſunt Sächſiſch Lehenrecht *cap.* 4. Chriſt. Lehman *Speyer. Chron. lib* 2. *cap.* 42. Joan. Schneidevv. *Epit. in uſus feud. par.* 5. *n.* 114. Theod. Reinking *de Regim. Secul. & Eccleſ. lib.* 1. *cl.* 3. *cap.* 1. *n.* 24. *& ſeq.*

QVAEST. I.

An Subofficiarius Politici Electoris, Nuncio ejuſdem ad electionem peragendam miſſo, in Imperialis Curiæ officio peragendo præponi debeat?

Quibus pro Subofficiario contra Nuncium ſtare placet, veritati injuriam non inferunt. I. Quia Carolina ſanctio Nuncii, hoc caſu, ne verbo quidem meminit. Homo itaque id ei adjudicare non debet; juxta *l. Illam.* 19. *ibi: eo quod nulla conſtitutio &c. C. de Collation. Novel.* 18. *cap.* 5. *in pr.* II. Præjudicia id clarè demonſtrant. Etenim cum in Caroli V. coronatione inter Regis Bohemiæ Nuncium, & Subpincernam de Limpurg. controverſia hæc incideret; *Uter Imperatori vinum aquâ dilutum ex more propinaret?* pro Subpincerna judicatum fuit. Cumque Fridericus Saxoniæ Elector, Principem Anhaltinum vice ſua tunc miſiſſet, Submareſchalcus de Pappenheim, non vero Princeps Anhaltinus.

haltinus, officium dimetiendi avenam adminiſtravit: Hartm. Maurus *Relat. Coronat. Caroli V. Imp. Rubr. Quo apparatu ſolenne convivium &c. apud Melch. Goldaſt. Politic. Imper. par.3. tr.3. fol.273. & ſeq.* In Imp. D. Matthiæ Coronatione idem obſervatum fuit. Siquidem Subcamerarius Comes de Hohenzollern equo ex Curiâ in aream vectus, malluvium argenteum, quod cum gutturnio & mantili, in menſâ, prope culinam, poſitum erat, in Curiam aſportavit. Gothard. Arthuſ. *Relat. Coronat. Reg. Roman. Matthiæ. §. Poſt Electorem. apud Melch. Goldaſt. Politic. Imper. par 1. tr.14. fol.174. & ſeqq.*

QUAEST. II.

An Fœmina Majeſtatem, ſive gynæcocratiam abſolutam habens, Regis nomine & titulo, jure ſuperbire queat?

Pro imbelli iſto ſexu, non imbellia tela hic in promptu habemus. I. Quia Reginæ nomen, non à Regiæ gubernationis, quæ virum requirit, officio, verum à Regis matrimonio provenit: pari planè modo, quo Prætoris, Conſuliſque uxor Fraw Stádtmeiſterin / Fraw Ammeiſterin audire ſolet, juxta *l. Fœminæ. 8. ff. de Senatorib. l. Mulieres. 13. C de Dignitatib. lib. 12. Novel. 105. cap. 2 in pr.* Unde Majeſtate refulgens fœmina, ſive nupta ſit, ſive innupta, Rex meritò, &, quàm Regina, rectius ſalutatur: quò nomina rebus ſint conſequentia, ſecundum *§. Eſt & aliud. 3. Inſtit. de Donation. l. Decernimus. 26. ſub fin. C. de Epiſcop. & Cleric.* Accedit, quod à potentiori denominatio fieri debeat, arg. *l Quæritur. 10. ff. de Statu homin.* II. Fœmina pro parentibus agens, quod ſexui iſti, ſupra ſexum, causâ cognitâ interdum permittitur *l. Fœminas. 41. ff. de Procurator & defenſor.* *Procurator*, propter virile illud officium, nominatur, *l. Fœminæ. 2. ff. de Regul. jur.* Hinc IRENA, quæ Græcis imperavit, non Imperatrix, ſed Imperator de Conſtantinopoli appellata fuit. Chriſtoph. Beſold *Politic. lib. 1. cap. 5. n 11 v. 2* Et MARIA, Imperatoris Sigiſmundi uxor, cui Ungari paruerunt, auream monetam, cum hac inſcriptione *Maria Rex Ungariæ*, cudi fecit. *Albert. Krantz. Saxon. lib. 10. cap. 8.*

EPIDROMUS.

Quandoquidem Politicorum Electorum officia in Curiæ Imperialis feſtivitate peragenda, unà cum Electoratuum inveſtiturâ ab Imperatore impetrandâ, haut tranſeunt: quædam, de perſonis, eorum inveſtituram petentibus & concedentibus, cum aliis quibuſdam, epidromi loco hic annotari queunt. Hæc verò res ita ſe habet.

Imperator Henricus II. Claudus, Monachorum Pater, & Sanctus cognominatus, Comitatum Bambergenſem ad ſe devolutum, in Epiſcopatum liberum commutavit & erexit. Poſtquam verò eundem reditibus, privilegiisque eximiis dotaſſet, & inſuper pluribus præeminentiis cohoneſtare vellet, grandius, quod ei tribueret, invenire non potuit, quam ut Principes, Imperii Officiales, quatuor illos, cum eorundem officiis & miniſteriis adſcriberet. Inde in hunc usque diem dicta officia, cum annexis commodis ab Epiſcopatu illo in feudum recognoſcere, & per Vicarios, Equeſtris Ordinis homines, quibus deinceps eadem in ſubfeudum concedunt, deſervire aſſolent. Eſtque Regis Bohemiæ Vicarius, der von Auffſaß/ Comitis Palatini Rheni, der von Pommersfelden/ Ducis Saxoniæ, der Marſchalck von Ebner/ Marchionis Brandenburgici, der von Rotenhan. Hoc Epiſcopatus iſtius inſigne & ornamentum auguſtiſſimum, *Sericeum D. Kunigundis filum*, appellari ſolet. Et quia Bamberga muris & vallis circumdata non eſt, vulgo dici audimus: *Papebergam muro cingendam non eſſe, quod S. Kunigundis eam filo ſericeo pro muro circumdederit.* Videantur hac de re, poſt alios Marq. Freher. *Not. ad Petr. de Andlo de Imper. Rom. lib. 2. cap. 15. verb. Subcamerarius.* Joach. Cluten. *Syll. rer. quot. concl. 24. lit. O.* Andr. Knichen. *de Saxon. non provoc. jure & privil. verb. Electorum. cap. 1. n. 100. & ſeqq.* Chriſt. Lehman Speyer. Chron. *lib. 5. cap. 16.* Adiici etiam poſſunt, quæ annotavit Mart. Mager. *de Advocat. arm. cap. 5. n. 358. cum ſeqq. & cap. 14. n. 236. cum ſeqq.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.